8
6-b
16

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
29 H
24

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Digitized by Google

C. BARTHI.

SOLILOQVIORVM RERVM DIVINARVM.

LIBER PRIMVS.

EIVSDEM.

ANACREON PHILOSOPHVS.

Bibl: Soc Coll.
Rom: Soc Jesu



FRANCOFVRTI

Typis Wechelianus, Sumptibus Danielis ac Davidis Aubriorum, & Clementis Schleichij.

ANNO M. DC. XXIII.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

SOLILOQVIORVM RERVM DIVINARVM.

LIBER PRIMVS.

I.

SVPER nomen tuum & in eo, pro me crucifixe Domine Jeſu, corpus meum, defunctum quiete nocturna, tuis auſpicijs ſanum, velut de morte tenebroſa in diem vitamque reduco. Tuum munus eſſe novi etiam cum nihil agere poſſum id agere, ut tua in me tibi gratia placeat. Quicquid de die opere, illud de nocte, vacans membris, animæ phantaſia, ago, tu qui diurnos meos labores diſponis & regis & tueris, etiam quieſcentis corporis tutelam eam geris, ut, cum unicum ſolatium ærumnarum, unica periculorum omnium propulſio, ad te Deum & fratrem meum Oratio, ceſſare ob debilitatem miſerorum membrorum cogitur, te tamen mei curam gerente neque vis hoſtica teterrimi Satanæ mille milibus dolorum inſtructa nocere mihi valeat, neque hominum perditorum veſania adverſi facultatibus meis aut ipſi etiam mihi quicquam inferre. Mihi gratulatus ergo te præſide, tibi unico meo Solatio, unico meo confugio Gratias ago, quod nec hac nocte mihi meiſq; omnibus rebus defueris, neque oculum illum omnia mea ſibi commendatiſſima ſervantem à me deflexis. Tu ille es cuſtos Iſraelis qui neque dormis

 um-

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

umquam, neque cum tui gregis oviculæ dormiunt, curam eorum ullatenus potes remittere. Felices nos te Paſtore, qui ſi quando exerramus, ſi quando mores malos & ſeculum ſecuti etiã contrà te recalcitramus cum revertimur tamen, cum delicta noſtra & agnoſcimus & confitemur, eum Paſtorem eum Medicum habemus, qui & recipiat reduces & ſuo ipſius ſanguine vulnera noſtra medeatur. O inexhauſtam optimi Paſtoris bonitatem. Quotidie, imo quot horis quin ſingulis momentis peccamus, vix longo dierum numero ad dulciſſimum præſepe revertimur. Ille tamen & aſſiduò vocat palanteis, & morantes dulciſſimè nunc blandiendo nunc minitando increpat, & reverſas tamdem non alio quam pretioſiſſimo omni cibo & potu in vitam ſempiternam paſcit & reſtituit. Utinam ſanctiſſime Paſtor, utinam frater amantiſſime; hoc die inciperemus omnibus caducis Satanæ ſpolijs abjectis liberi & ſoli te ſequi, te cupere, te amplecti, in te correpere, tuis vulneribus inrepere, ut verè tui, verè nobis & mundo erepti, bonitatis tuæ ſuaviſſimæ penitus participes, te digna & faceremus ſemper & loqueremur, & ſpiraremus & ſentiremus. Utinam neque Voluptas nos ulla, nec Gloriæ ſiti nec caduci cujuſcunq; ſpectaculi ullo nos momento tibi cupiditas eriperet. Utinam in te ſolo omnes theſauros Bonitatis & Felicitatis eſſe, ut neſcire non poſſumus, ita agnoſcere valeremus. Sanctiſſime Domine Jeſu, Voluptas ſinceriſſima animæ à te redemtæ, Felicitas incomparabilis in te ſperantis miſeræ & ærumnoſæ mentis, quoniam in hac fragilitate ſenſuum, in hac miſeriarum undiq; angentium valle, perfectè in te ſperare, perfectè ſanctis tuis oraculis credere, &

nos a

nos ab omnibus caducis rebus & ſpebus ſubtrahere
penitus non valemus, quin hæreat in intimis medullis
perituorum etiam bonorum Amor & deſiderium
aliquod, quin humano more & ingenio peccemus,
quin peccata etiam ipſa cavere cum poſſimus, non caveamus,
ô dulciſſime Jeſu, da, concede, jube, ne quicquam
nobis ab hac illuvie adhæreat, ne quicquã nos
contaminet, quo minus principe loco Regnum tuum
quæramus. Da autẽ doni illius quod jam à te petimus
obtinendi principium faciat hic dies, quem in Nomine
tuo ſurgentes de cubilibus noſtris ingredimur. Da
quicquid dehinc victuri ſumus, decreſcat in nobis de
in diem terreſtrium curarum ſeges, ut vivi fontis
, tuorum meritorum in nobis jugis & perennis
deratio de hora in horam ſuccreſcat, & augeatur.
nec tamdem optima fide tibi dediti corpus etiam
ipſum, quo ſtringimur, quo tenemur, quod vol-
is & cũ eo volvimur, exuamus te vocante in eam
, quam cum nobis Bonitas Creatoris tua largita
peccatis parentum & noſtris amiſimus, perdidi-
mo abjecimus, Tu vero & Salvatoris titulum ti-
ciſcens, miſerabiles creaturas eâ dignatus es be-
entia, ut ſanguine tuo, morte tuâ amiſſam recu-
mus; utque certi vivere & extra omnem diffi-
m poſſemus, Pietati tuæ, te ſatisfacturũ & pro-
a æternâ felicitate expleturum, conſignaſti in
Spem & Fidem Spiritus Sancti ſanctiſſimo ſi-
it jam Fiducia filiali pleni, pleni Confidentia in
em tuam, te accedamus talibus votis quæ ex
tuo verba mutuata, tuis te conveniant carmi-
ibi offerẽtes libamen oris fidelis, te flexis cor-
b. adorantes, ut liceat nobis ſecuris in Fiducia

 tui ora-

Digitized by Google

tui orare te in perpetuum,& temporalia iſthic,æterna illic bona à te impetrare, ut, Corpore & animâ tamdem tuis meritis felices, tecum vivamus in eâ gaudiorum perfectione,quam nemo oculus vidit,nulla auris audivit, nullius umquam Ratio adſecuta eſt; quæ tu præparaſti ab æterno ijs qui meritis tuis credentes in ſanguine tuo remiſſionem peccatorum acceperint, ſanguine illo tuo qui tollit peccata omnia tuorum ad te revertentium. Tibi cum Patre & Spiritu Sancto, Unitrine & Trinuue Deus. Deus Pater,Filius, & Spiritus Sanctus, Deus Benedictus in ſecula ſit Laus Honor & Gloria & Perpetuum.

II.

Aetate cum te præcipitem rudi
Rerum, ſupinus Turbo volucrium
Efferret, inſanæ ferocem
Præpetibus Furiis iuventæ;
Cum ſors virenti tolleret indole
Iucunda ſemper, nec dubiâ gravem,
Manſura, ab aſpectu, Fidelis,
Ambitione rotam novaret.
Stabas, protervâ mente, minax ſuper
Axem ferentis, nec-trepido Deam
Sublimis auſu provocabas
Ceu famulam, generoſe Vates.
Stetit ſuperbi pompa diu Soni
Viſique florem laticomum ſacri
Timere Meſſores, nec ullus
Falce ferâ gravido minari.
Ille inſolenti fulgere fervidus
Spernebat omnes undique floſculos,

Non

Non more naturave pravus
Simplicitate ſed, ah! ſuperba.
.iſtuoſas ingenij faces
eſſerebat per Vetereis libros
Ah ſanius, libris relictis,
Ipſe ſibi, Iuvenis, colendus,
.ter altis uſibus abditos
.en profeſſus, temneret improbæ
Famæ Laboreis, & dicaret
Vtilibus ſua dona Muſis.
.us inter Publica commoda
.uciæ pro parte rata ſuæ
Mox ſerviturus publicorum
Officiis Procerum paternis.
.. ille cunctos ſpernere pertinax
.ſarum ebrius, ah ma. è
Amore cartarum ſtrapebat
Blattiferis Criticum papiris.
. ſæpè Patreis Relligioſior
. ardor frangere Nubila
Mentis ſuperbæ & Luce clarâ
Quæ deceant iuvenem, docere.
volantem ſæpe gravis Cato,
.ue preſſit; ſed violentior
Vt pulſa deductio ſagitta
Inſtitit in ſua vota Nervo.
Laborum fruſtra erat ambitus,
. ſuo uno iudicio impotens
Spernebat auctor, non ſolenti
Scripta novans Veterum decore.
.uputatis ingenio arduo
.atebant ſcrinia, per genus

Bacchata priſcorûm Latinum
Per Proceres via trita Graios.
Acumine acri, Iudicio bono
Cenſura duxit; quà rudis orbita
Vix mille de priſcis Magiſtris
Vnum aliquem meminit rediſſe.
Examinatis mille recentium
Libris Sophorum, queis Labor improbus
Recepta iam ſeclo probante
Nomina ad Indigetes ſacrarat.
Hinc & relictis millibus in vicem
Antiquiorum, non ſine plauſibus,
Prognata moles haud pudenda
In pluteis cubat irrecluſis
Notationum. Turnebus incluta
Lux alta Famæ pluria non dedit,
Maiora nemo: nam vetuſtis
Si nova facta domi, ſtaterâ
Expendere auſim iuſtificâ, ſuper
Me dena dicam condere Sexies
Volumina ingenti apparatu,
His totidem facile additurum.
Vt cæterorum lubrica nomina
Scriptorum, acerbo carmine, non canam.
Queis, ut recenſitis, novella
Lux operâ reparata noſtrâ eſt.
Pars publicatis floret adoreis,
Ab termino ſiſtenda ſuo procul!
Vel hinc decebat promtiori
Summa gradu rediſſe cultum!
Pars maxima inter non faciceis ſitus
In tinearum Iura venit modo.

Cum

Cum mente reclivi, relictis
Litterulis, Sapientiam auctor
...am profeſſus velle ſequi, Deo
...are tendo quod ſuper eſt viæ
Vitæque, terreſtri labore
Frangere diam aciem rebellis.
...m verſa tandem ſortis, amabili
...ltu relicto, quaſſat eum Rota,
Et axe perculſo vagantem
Deſtituit revolutus obex.
...ſic eundum eſt per mala tempora,
...mens vocantis doctior Auguris
Attendat ex alto, Salutis,
Egregium meminiſſe ſignum.
...IVINE VINDEX, Rex animæ meæ,
...lantem in atris qui ſtabulis diu
Tandem, relata luce, denſis
Agnum habilem rapis è tenebris;
Gratiarum Divitibus ſonis
...oro pronus, Culta tuis dabo
Altaribus, ſpretis caduci
Carmina præpetibus ſuſurri.
...inc dia nobis ſubveniat manus,
...liberati, quæ, tenebris, premunt
Prorſus nitenteis alto Olympo
Ferre oculorum acies queamus.
Mentis almæ Lux nivea, ô potens,
Celſa, pollens vel radio unica
Propellere Orcini tyranni
Mille dolis gravidos furores.
..., Trinitas immenſa, mihi advoco
...s, alma, præſto, neque tuum tibi

 Tuere,

Tuere, ſoſpes per caduca
Vt gradiens tua Regna tangens,
Aeterna tandem ſolvere carmina
Cum Cœlicorum rite queam choris
Tibi Angelorum, qui beato
Fonte Boni atherei potiti.
Perenne ducunt in liquidis roſis
Aevum; Parentum queis ſociæ manus
Ter ſanctum jò! ter ſanctum in altis
Concelebrant adytis IEHOVAM.
Hos inter olim, mente potens nova,
Reſuſcitato corpore nobilis,
Ebur decorum mille cultis
Sollicitans, ſacer ales, Odis.
Ieſſæa pulſem nablia; tempore
Expleto ut ingens è thalamo Patris
Terrena viſum culta, ab alto
Venerit Abramides IEHOVAH.
Vt, ſpes parentum, FACTVS HOMO, DEVS,
Mactarit, ut de Morte redux, ſuper
Celſa aſtra florenti triumfo
Duxerit Orcigenas tenebras.
Vt per volantis omne latus SALVS
Profecta mundi Sancta coegerit
Cœlo replacato dicanda
Nomina Terrigenûm piorum.
O Sancta duc me per mare Trinitas
Tenebricoſis fluctibus invium,
Vt tandem amato fracta longum
Portu Animæ ſubeat carina.
Nil firmum in iſtâ nil ſtabile eſt viâ
Via illa ſola eſt. Vita vocat procul

Colenda

Colenda cœlo, da Vocantem
Mente ſequi nitidâ IEHOVAH.

III.

Quando ſemotus à Curis rerum mortalium eram, nenti meæ Libertatem ſpatiandi per momenta oriʒinis ſuæ dedi, uti Corpus ſæpe deſideriis ſuis ſeſe vel ne invito occupavit, vel connivente indulſit, & per icitum illicitumq; quodam modo iis ſatis facere coiatum eſt: Sic cur meliori mei parti id invideam cum oono ſuo, quod ſequiori cum detrimento quamvis naximo conceſſi? Priusquam ergo ex ſe exiit ambiʒuam manſionis meditata temperiem, ignorantiæ ſee uti in omnibus ita etiam in hoc accuſat. Nam quæ ibera ſibi tranſvolare terrena videtur, & Sancti Conlitoris & Parentis propius intueri placatos vultus, Confeſſa cupidinem ſuum, ſeipſam tamen neſcire ogitur, nec meritis perditæ carnis exſuta prorſusve nclusa, deplorat carceris miſerandi & plus æquo muiiti inconcuſſibile robur, & contrà ſui cedentis ad ortia velut alibi intricatam mobilitatem. Solvere incula id vero eſt ſibi ipſi ad id quod cupiat viam nanifeſto ſanam, licet longinquiorem, obſtruere: Ila vero manere, ſordibus attritam non ferendis nihil e dignum emoliri poſſe: O qui ſcintillarum aut ſtriturarum ex Divinitatis tuę fonte oriundarum, teque inum repetentium fons & receptaculum unus es & erus Deus, quem procul videmus, quem longè petinus, quem ex remoto colle invocamus, attoniti, exernati, animi impotes, perculſi, afflati, curis rerum ræſentium interſtinctis mundo mortui, nobis jam im exſpirabundi, Puriſſimi Amoris illibata flamma, fulgur

fulgur liquidiſſimũ, Fomes Pietatis ſanctiſſimæ Charitatis ſole & une inexplicande & ineffande Genitor, Beatitatis infinitæ, inacceſſibilis adhuc, inenarrabilis, Auctor & Propagator, odii & diſcriminum inſcie, Omnipotens, Omniparens, Omnifovens, Omnijubens Deus, Calor entheatarum mentium. Operare inviſibiliter & inperſcrutabiliter & divinum Abba, & Glorioſiſſimam Impetrationem, patere ſcire animæ hiantis Obſequia, quid, quare, quomodo, ſurrepta coctibus ſordentium mortalium, deſideriis hominum putentibus, Curis barathrum æternæ noctis ſpectantibus, pura, candida, Nivea, purgata de Cupiditatibus, eluta ſanguine Agni immaculati de Voluptatibus, eſincerata de Vitiis, capax virtutum cœleſtium, Spei habilis, Fidei docilis, Charitati amabilis, Fiduciæ confidens conſiſtere ante thronum trinunæ & indiviſæ Majeſtatis, & propius haurire flammas Confidentiæ Perfectæ, Amoris Filialis, Deſiderii fraterni, iiſque totam ſe immerſam perdere ſibi ut tibi probetur, ut inveniat ſe ſibi, tibi in ſeſe adſertam valeat. O principia ſuavia vel procul conſpectæ Virtutis, Unius ſolius Virtutis, quam videlicet ipſe qui Omnia perfecta perfectè novit & eſt, jubet, non lapſa & lapſura inter initia ſperum bonarum illuvies Mortalitatis. Ecquid nos, ſine te in nos collapſuri, ultra principia iſta audebimus? Gratulabimur potius nobis hilarius arriſeris, atq; oculorum imbellem aciem amiciſſimè confutantis Veritatis Clementiam: Quæ neq; in vulgi nos ſordibus, ſurdos, mutos, confoetere & obſoleſcere ſitu patitur, neque ultra captum exſpatiari indulget, dum fini cavet à principiis: Ne audacia & favoris ipſius malè intellecto ordine percepti in Clariſ-

Clariſſimum ſolem imbecillam lucem immittere cu-
idi, excidamus bonis immortalibus, quibus procul
im viſis modeſtia duce potiri equidem poteramus.
Libertas animæ Immortalis, Odium rerum peritura-
um, ſurrepte frigidantibus locis Calor, complecti
itere, qua datur, Gratiæ divinæ myſteria, bibe nectar
nexhauſtæ Miſericordiæ, Clementiæ, Indulgentiæ,
Benignitatis, & illius in quâ omnia, cujus ſuaviſſimũ
nomen melliniæ inſtar putiſſimæ ſuſpendit dulcedi-
ne hiantis ex intimis penetralibus corculi noſtri aper-
as fauces, Gratiæ, & Charitatis, & Dilectionis, Ocea-
num cape; Cape Oceani immenſi vel unam guttam,
Cape infinitæ unam flammæ ſcintillam, intromitte
pectori ut ardeas, ut proluaris, ut exſolvaris à te in te
tibi, tuiſq; ſepoſitis curis, tuis omiſſis & projectis cu-
piditatibus, tuis jactatis & proculcatis deſideriis, in-
duas Cœleſtem animum, ſequaris divinitatis ex te
ductum tui. Nil corporis ægri te frigida hyems mo-
retur, ne ſcitè vinctorum vitiorum mancipium mor-
dicus te attineat. Rape te carceri tuo, exige te è vincu-
lis perduellis tui: Membra iſta dum tibi non parent,
hominis ſui non ſunt. Ratio dum ſapere ſibi contrà te
videtur, detrimentum ſuum quærit. Senſuum quin-
quejugis catena terrenis laboribus domanda eſt, non
in iis quærenda Voluptas, quorum vigor, Animæ re-
ctricis peſtilentia eſt. Ardua iſta molitio eſt, fateor, ſed
quid opis in te contra te quæris? Ecquid tuum hunc
Radium putas quo modo te aſpiravit Oriens ex Alto.
Subtende Oculos Mentis illuſtrandos ad vocantem
Veritatem: Seque amabili coactione ducentem, illi-
gatione liberrima te illi innecte. Tum demum, ô Ani-
ma Enthea mea, ſolutam te omnibus vinculis, tuin

Libe-

Liberam cœlo ſenties, cum amabiliſſimo huic jugo cervicem tuam nectes. Ordire, adhuc moriens, vitam quam vel ita vividiſſimam vel in aliis omnibus modis, Locis, Copiis, Deſideriis, Affectibus, Curis, Studiis emortualem vives, aut vivere perſuaſus ad tempus, æternum poſtillac oppetes. Nihili eſt Sapientia quæ cœlo non ducitur, Deſipit omnis Cura quæ eam quærit quam negat Omniſcientia. Neq; Ratione aut Ratiocinatione acquires quod cupies. Fidem ſequẽdo & te dudum tibi ereptum adſequeris, & Divinis ſtudiis accedes, neq; finem, quemcunque etiam, habentia tanti umquam æſtimabis ut eorum gratiâ momentum de Vitæ tuæ Cœleſtibus Conſiderationibus extraxiſſe videri aut confiteri velis. Nihil ad hanc Sapientiæ mortalis Glorioſæ jactationes, nihil Gravitas acumenve aut Dexteritas inventrix & judicatrix rerum & Opinionum per ſectas, niſi ſordeis meræ, niſi rancor fœtidiſſimus, quæ non propter te nec propter ſeſe, ſed propter Naturam ſuam omnia agunt, nec officii ſui ullibi conſcii ut in denſiſſimis tenebris, & nocte inilluminabili lucem ab infero igne pallentem & non è Supero ſolo Sole conſpicuam ſecuti; balathrones, Agyrtæ, Errones; Hi impegerunt primo in aſtutias Objectorum in ſenſus, mox in male ſublucens lumen illapſi, Opinionum & Perſuaſionum abyſſum ingreſſi perierunt fluctuum procellarumq; vehemẽtia & profunditate, neq; retro viam ullã comminiſci potuerunt etiam qui inter eos ſanæ mentis ſibi viſi interduci delirantibus eſſe voluerunt. Horum, ſi quorum fuit, certè minimè magnæ partis, una Scientia ante obitum fuit ſciviſſe ſe morituros, non tamen ea Sapientia ut ultrà extremam lineam immenſum, imo infi-

itum ſpatium, patens in campum inemetiendum
onjectura conſequi potuerint. At nobis neque
divinitus ad videndum, neq; Miſeratio ad Cre-
dum, nec Gratia ad Fidendum defuit hactenus
porrò defuerit, quin ſummam omnis Felicitatis,
plementum Spei, Teſtimonium Fidei, in hac
n Vita, adhuc quidem morituri, quantum opus
s eſt, videamus & poſſideamus: Dilectionem
irum noſtri amantiſſimi Domini, qui cum ſit Æ-
i Memoria, Univerſalis veritas, non poterit um-
nos decipere, nulla ratione noſtri obliviſci, quin
rnum erga nos animum exuat, quin nos ſibi Fi-
es deſerat. Quod cum omnia poſſit, nequaquam
umquam poterit, cum Prædem nobis dederit in
ine proprio Unicum ſuum Filium, ejuſq; in no-
ſortem Spiritu Veritatis obſignaverit; qui quo-
extractos nos ex nobis ſecum in Deū aufert, ut
nnium ſummo bono Collocuti Abba, Abba il-
temerabile pleni Gratiâ & Charitate gemamus;
do obſtructa gravitate deſideriorū vocis Orgia
oré nobis nullum indulgent, & qué indulgentis
ul ſenſibus humanitatis ſubtilitate ineloquibili
tatis mitiſſimæ ſolis auribus inſonat, ſolo ſe pe-
inſinuat. Ades immenſa Virtus Deitatis nosque
s gemitibus diffluenteis in te Recipe. In te ad uſ-
diſſolutionem ægræ hujus compagis conſerva;
vero denique totum hominem olim mortalem
ortalitati tuæ inde, Ut Coronâ coronati immar-
bili tuis vocemus Laudibus, tuum coram fon-
neffandæ Felicitatis, faciem, coram inquam, fa-
paternam tuam inſpiciamus. Interibi ſecuri tur-
binum

binum hoſticorum, ſecuri fluctuum ſeculi, ſpem tuis promiſſionibus fixam conſervemus. Nec pati quicquam eorum negemus quæ in hâc vitâ accidere nobis poſſunt, gnari Dirigentis omnia tui eam eſſe voluntatem ut cruce pro ſe quiſque ſuâ ſublata Filium tuum per iter anguſtum ſequamur. Eant opibus potentes, Ambitione mortales turgidi, latisque ſpatiis omni libidinum & Superbiarum genere inequitent. Manet Mortalitatem cum deſideriis omnibus ſuis æternaNox,nobis Lux non viſa ſolum,ſed jam fructu animi ipſo percepta,pręparata ante fundamenta Machinæ Univerſi omnibus tibi credituris, certiſſimum omnium adverſorum ſolatium in Fide, Spe,Charitate florentibus non jam procul imminet, uti tandem Filii ex ſponſione tui hęreditatem omnium jucundiſſimam, cum nullo quod dici poteſt, comparabilem, cernamus. Abba pater, da miſeriarum finem,da Felicitatis exordium, Da hoc momento te accedere,nullo umquam à te tempore ſeparari.

IV.

Incerta,vario quæ voluta decurſu,
Rotam vagantem ubique,nullibi ſiſtis.
Tandemne, ſæva, dira, barbara, immanis,
Sata nocte pulla,Cerberi orta de ſpumis,
Neptis Megæræ,alumna turpis Alectûs,
O Luce caſſa, & ô Vocabulum nudum,
O Nulla rerum in Cenſibus,ſonus ſolus,
Tandemne te viciſſe vere, FORTVNA?
Caputque noſtrum,non ſatis tui compos,
Pectusque longo conſitum ante-mœrore
Tibi ſubjugaſſe,quod ſpecus Avernaleis

Rimata

mata fando, turbidas quatis Pœnas?
ciſſe vero rere? nos tuum contrà
cri furorem cœlicumque Paeanem
leusmaque altum, naufragi velut quondam
rtu potiti nunc canemus optato!
ies pericli nulla nos gravat porro
i nando pontum vicinus; ſtetit circum
put trementis impiata Tempeſtas.
nc Chriſto Ieſu vindici atque Tutori
ucion gravante ſolvimus mente.
sq e curis, ejus unici Curis,
nos redemit, qui deinde ſalvabit,
n Patre Spirituque reddimus Sancto
iva vota, Carmen Oris exculti.
d ſi imbecilli non poteſt ſatis verſu
xplicari Numinis Salutaris,
or ipſe CHRISTVS *ſuppleat ſuas Laudes,*
ntiumque ſolvat ora plectrorum.
ientiæ Faventiæque divinæ
nova probatur Veritate Geſtorum
ſſe linguas fauce ſolvere hærenteis.
quente Lucidoque Sermone
ue pectus, exſonumque mactare.
potente Victor ore ROMANVS
ienta cuncta qui loquendo contrivit.
alta cæsâ lingua ſecta radice
os nefandi tinxerat Secutoris.
emite omnes, dixit, hoc ſuá dudum
ſede, nil moramur, in totum
ide jugulum, Lictor, atque diſſectis
a fibris palpitantis incaſſum
re linguæ plectra: nil nocet Chriſtum

 Caruiſſe

Caruiſſe linguâ prædicantibus Myſtis.
Hæc martyr ore ſanguinante clamabat.
Nec furor abibat hoſticus, jubet Rector
Penitus latentis exſicent fibras plectri.
Evulſa Lingua eſt intima è ſinu Sedis
Chriſtum profeſſa mille millies dictis.
Ipſas latebras, quo venire non quibant
Scalpella ſævi tortuoſa ſectoris
Scrutatur acti lamna candicans ferri
Stridente tenuem combibens gulâ rorem.
Exuſta vis cruoris inſidens fauci
Specum vacantem Præſidi fero oſtendit.
Vix ille tantum commoratus ut ſævi
Telum Latronis igneum expediretur,
Non eſt loquendum, video, deinde ROMANO
Sed eſt Canendum; dixit, & gravi miſcens
Acuta voci, canticum litat Chriſto.
Elingue carmen ſcandit ætheris ſummum
Cœlo ſecutum Laudibus ſuum auctorem.
Stupet profana Concio, tremit Præſes
Satellitumque fœda vis canum frendet.
Attonita Ratio & orba ſenſibus pallet.
Nec defuere queis, patente miraclo,
Percuſſit animum Cura Lucis æternæ.
Quos linguâ nequiit ſalvâ ducere ad Chriſtum
Hos locus inanis multivertili plectro
Pro mille linguis evocavit ad Vitam.
Nil non potenti cuncta ſic leve eſt factu.
Sic ora laudes in ſoluta divinas
Eloquia Vitæ, Vitam & in ſonis Vitæ
Docet Inſtitutor almus omnium CHRISTVS.
Exercitata mille nos metris quondam

Facun-

Facundiæ nunc regula alma contemnit.
Infantium de more, vera nectentum
Curvis, ab omni dictionis argutæ
Procul nitore ducimus ſtrepens carmen.
Nil Lectionis eſt ſuper modo Antiquæ
Nec floſculórum Cura Tullianorum.
Nec Vmbriæ Calabriæve nos priſci
Sales morantur, nil quidem nigræ quivit
Fortuna Sortis expuliſſe de nobis.
Tamen Veremur ne furente Tormento
Memoria rerum ſit peremta multarum.
Vt atra, vento mugiente, Tempeſtas
Percellit animos, undiquè imminens lethi
Facies paventeis deprimit velint nolint
Mentis favillas quamlibet prius Rectæ.
Proinde nil mihi attuliſſe laudando
Auxilium ob ingens gloriabimur Chriſto.
Sed cuncta in acie carminis, licet vilis,
Reperiſſe coram; Lingua ceu vigens olim
Tyrannicis nunc cæſa juſſibus deſit.
Nec dubia res eſt, qui pericla diſpellit
fundo ab imo clamitantium Vota
ortalium ſe audire velle juravit
ipſe pepigit; ſacra ſe pij contrà
oſcere oris: Gloriam Deo Soli
oes altæ maximi Vetuſtatis
iâ dicarunt mente; cum malis victis
uere Sortis abſonæ Chaos ſtratum.
uit IEHOVAE carmen, & ſuis Laudeis
dævit, ultor Optimus, ſuas Natis.
ſola victima illa ſuperat accepta
arenti; quid Luti genus contrà

Caro tot alta poſſit opera Tutoris
Reponere almi. Cor jubet Pater Sanctum
Hac ſiſtere arâ quam ſtruit Spei fulgor.
Nec otioſus interim premat pulmo
Benefacta Domini, voce, ſed ſonans celsâ
Illuſtre carmen ordiatur ex imis
Animæ medullis, ſacra progerens Verba.
Arteriarum lata ſemita argutis
Modulata dum verſibus ſonum jungat.
Harmonia Laudum ſic magiſtra cœleſtum.
Orbem novenum temperat gravi accentu
Miſcens acutum, mille dum modis pollens
Variare, Lætum, nobilem, arduum, denſum,
Mortalibus majora conſonat dictis.
Hæc inter ingens Chorea plauſibus plenis
Moderatur aſtra & igneos globos cœli
Iuvenum nitentum: Machina omnis immenſo
Hilarata ſonitu concinit ſuum auctorem.
His tertii terreſtre nominis Regnum
Accinere juſſit Rector, ut ſacris dudum
Raptum è periclis ſiſtit ad Choros Cœli
Hominem canendo. Qualibus poteſt dictis
Imitetur alti conſonos poli verſus.
At illa celſos quæ per orbium motus
Cæleſtium concordia expedit Carmen,
Vix invenitur in caduca ſectantum
Præcordiis, ab nullibi, virûm, conſtans.
Pars pleraque omnis perditas opes quærit
Quærendo quas amittit, atque diſperdit
Servare pugnax. Cæteri ſuis quisque
Dant occupati querqueras Deo Curas.
Nam qui Deum, ipſe ſe ut coli Patres juſſit,

neretur hodie, mille vix poteſt unus
ter notari. Quot reperta ſunt vitæ
nera exigendæ, tot Deos habet Mundus.
us cuique vel Labor vel Eventus
retis parentum traditis, adoratur.
c eruditos inter inclutus ſtultos
cchatur altâ voce, quâ forum torquens
i litigantum commoda aſtruit damnis.
ter cathedrâ vix potitus, in templo
o ferocit eloquentiæ lucro.
agnatium qui cuncta dum probat, diro
miſera ſævit fulmine ora mendici.
uid reliqua dicam? tot ſub abſonis contrà
a puncta pugnans artibus procul Mundus
udeis Iehovæ ſpernit, & ſuo Numen
i fabricatus in furore perſiſtit.
uci ut relicti, qui quid utile huic Vitæ
l juſſa dia metiantur, haud rerum
menta cæca; nocte quæ malâ cælat
ntris Libidinisque conjugum, Cura.
ſi ruina fractus orbis immensâ
batur in ſe, non tamen Gregem Chriſti
l attonabit: ille quattuor ſparſus
r angulareis Orbis ultimi metas
udat parentum, ſpe potens futurorum,
duca temnens, proſpera atque diverſa
arbitri parentis exigens Nutum.
lei probatus, haud ſui uſpiam diſcors,
alta mente rectus, alta ſuſpirans,
alta natus, alta, dum docet, diſcens.
uic Abba verum ſpiritus dat æternus,
involutus Spe Fideque bacchantis.

 Furias

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Google

Furias Averni mente proterat ſanctâ.
Huic Chriſtus ipſe, Iudicis thronum ad Magni
Patronus adſtat; lacrymando ſementem
Pia turba condit, ipſa deinde ſecedens
Colligitur ex ſeſe, & viam premens Patrum
Dormitum in alta Conditoria abſcedit.
Sed breve ſepulcri jus pios tenet terrâ.
Aderunt venuſta fronte, gaudio pleni,
Meſſemque denſis uberem horreis condent,
Quo blatta nulla, non latro penetrabit
Non fur ſiniſtrâ promtior manu; Verus
Theſaurus ille eſt, non ſub antra defoſſus,
Cæca antra terræ, ductileis nec in Seiros,
Deo parenti creditusque votusque.
Aerugo non hunc, non edet ſitus teter
Benedicta Domini Gratia innocem ſervat.
Hanc ipſam, in iſta valle dum vagi Caſus
Morantur homines, dia nos celebratum
Mandata ducunt, quæ caduca, queis uſus
Vitæ indigere noſcitur, bona adſignans,
Veſtem atque victum, Tectum, & his pari cenſu,
Vt ne parandis plus minusve deliri
Aeterna, capti mente, derelinquamus.
Acceſſionis omnia in modum ſpondet
Ventura Vita, queis ſine haud valet vivi.
Cœleſtium modo occupemur inprimis
In quæſtione, nec Caduca ponamus
Ante æviterna, ne excidamus ambobus.
Hæc monita totum cum Gregem Dei ſpectent
Et tu ipſe in ejus pars quota ordine exiſtas,
Tu qui potente mente nobilis plectri
Modo iſta Vates occinis tibi Soli,

:tro caducas ſegregans tibi Curas.
:tis parentum cui reliquit in Vitam
mora virtus optimè perannandam.
: Chriſtianus,ut Deo Sacer Vates,
ber periclis,omnibus malis Liber,
ſtre jungas barbitum ad novam Carmen.
l ne ſuperbiente te exeas motu,
l te invenuſtus auferat procul Faſtus
endore rerum, vocis aut ſono Picta,
mini ſecundum juſſa,& ordinem ſanctum.
: Claudicantis ſemitas premens Verſus
voce in omni, ſinguloque concentu,
i ſyllabarum ſe ordo læſus accuſet.
rtalitatis hæc enim Labor ſecum
initate perditus ſuâ, portat.
icquid ſerenus Spiritûs favor Sancti
icedit homini ſer Deo, ſer acceptum
lore, cujus fonte de peremanti
it omne Vita fert bonum quod Humana.
Sis, Chriſte præſto; ſolus hæc loquor mecum.
te audiente, cedat hinc procul turba
itur iſtic me meis Deus Verbis.

V.

Iti vita mortalium ſuis moribus ſibi comparata tur, nequaquam benè faciet qui turbarum ſe- go credet. Quicquid deliriorum regibus obnaſci- in vulgus ſævit. Pars queque omnis corpus ſequi- Pœnæ plurimum peccantibus plurimæ immi- t. Tibi ſoli vacabis cum ſolus eris; tibi quod in- eris exedendum erit. Non lues aliena pericula. im quod in turbâ te inveniet cum ea te perdet.

 At,

At, ais, caute etiam ſic vivam. Non arbitri tibi illi ſodales tui factorum tuorum, ſed judices erunt; cum viderint cautius vitam inſtituêtem, odiſſe pro ſe quiſque illico incipient. Nihil enim promtius pro vituperio malignitatis ſuæ mali mores agnoſcunt quam diſſimilem Vitæ ordinem. Quicquid agit nequam vulgus ſecum agere volet quem novit. Facilè in te invenit ſagax obſervator quo te uti ad facinus ſuum velit, ſi in familiaritatem te ejus qui malis moribus eſt immiſeris. Si obſecundaveris, non jam tecum loquar, non enim is amplius eris quem ſolum hic mecum me habere ſcio, ſi detrectaveris, amicitiæ, ut vocatur, obſequium, non jam odiis res agatur aut invidiæ telis. Protraheris ad ultionem bonæ tuæ indolis ferendam, differere, traducere, nullibi tutus, ex nullo non angulo tibi inſidiæ apparebunt, aut tectæ nocebunt dirius. Anime mi chariſſime, quô magis procul à turba te tibi vacantem deprehendes, eo propius noris tuæ Beatitudini acceſſiſſe. Certe Felicem eſſe res privata eſt, nec tua ad malorum hominum conſortium pertinet portio. Non ſolum arbitrium, ſed & poteſtatem tuæ proſperitatis vulgo trades, ſi illi te permiſcebis. Quem compoſitum mente, quem alienum à Vitâ ſuâ cultum colere videbit, ejus bona quiſque direptum veniet. Non poteris ſecurus tui eſſe, cui tot aliarum conſcientiæ timendæ erunt. Noſti cujus hoc regnum ſit, cujus territorium colas. Ille nimirum princeps mundi qui damna ſua interitu quam plurimorum hominum ſolari ſtudet. At quid deeris publico, an inter vivos nolis vivus verſari, ſed vota tua communi egregio ſubtracta, clauſtro alicui alligabis, ut vivere primum nemo te alius homo

ciat, ad extremum tu quoque obliviſcaris,&
emuralis inter perpetuos pædores fructum
humanitatis tuæ amittas? Apage hoc deli-
ngens Myſterium Beatæ vitæ eſt, vivere in
publicæ rei prodeſſe ut licet & datur, ſibi in-
nul etiam quam optimè præeſſe. Sta publicè
æquus omnibus, te tibi ne abſtrahi ſinas.
uid extra domum tuam geres, ad te niſi alio-
ſſa, non admittas. Non impendas Animum
lendori, Gloriæ, Ambitioni, Avaritiæ. Ne cu-
quis in paucis, in multis præclarus eſſe. Onus
n tu Honorem Imperandi alijs vocare certas.
ungitur tibi, cave te illi ſubmittas. Fac coga-
ſubeundum officium quod te tibi bonam par-
ę tuę auferet; nec niſi alieno arbitrio reſtituet.
anus es, natus bono publico, fungere Labores
ne convulſione animi tui. Non tu habitas in
ibus quas lictores tibi & faſcium Metus ſecu-
unt, ſive publicæ illæ ſive tuæ ſunt. In con-
o te habes, te invenire debes quoties in nego-
orum perdidiſti. Adhuc imo arctiorem tibi
iam tui debes, nec lectulus tuus nec thalamus
guſtus tibi erit, ut collectim bona tua tibi ad-
beatitudinem tuam ſuſtinere poſſint. Ubi in-
ſpatia illa quæ per orbem terrarum Gloria aut
io quærunt? Ubi Palatia quæ Luxus & Splen-
nſtruunt? Si frui bonis tui animi velis non va-
n turba, ejus te negotia tenebunt. Quoties jam
tuus eris, quoties adeo jam omnia extranea ſe-
ris ut etiam oculos jam quieti proximus, clau-
Tum ſenties te tibi tuorum actuum Iudicem
, intra te eſſe quem placatum oporteat, ſi

Tranquillam vitam ducere velis. Itaque eum teſtem qui illuc te ſequitur ubi ſolus & verè ſolus es, ubique reverere. Vulgum quà datur, omnino vita. Qua non datur ne tamen tibi arbitrum, ne dum Dominum, adſciſce. Natura hæc multitudinis eſt, mille modos dominandi habet, quos nequaquam umquam vel unus aliquis omnes vitavit, abſtrahe te quantum potes ejus Contubernio, quam tibi imperaturam noviſti. At, ais, hoc modo omni genere Voluptatum etiam honeſtarum carendum erit? Quid Voluptatem tu ullam in populo honeſtam quæris, qui ſi tale quid ſectari te ſentiet, nullo modo omittet quin de honeſtis ad turpia ſodalitijs & exemplis te abſtrahet. Quod ſi omnino hoc certamen victor decerta veris; quid Volupe tibi & honeſtum erit cujus tot erunt invidi quot ſpectatores, tot hoſtes quot cupidi? Et quid animum tuum in Chao illo publico delectare poterit, quod non melius in penetralibus tuis tecum habere te videbis, modo circumſpicias? Omnis certè divina Voluptas, omnis cum Numine Collocutio, à turbâ ſecedere cupit. Omne ſapientiæ ſtudium in eo eſt, ut nullo arbitro melius ſeſe præbeat. Naturæ bona conſidera. Nihil comparabile horti tui floribus etiam aureæ ſtatuæ ferent, etiam Equeſtres in medio foro Coloſſi. Loquetur de te populus ſi ambitione tuâ ſemel pedem collo tuo impoſuerit. Tu ejus rumoris eum fructum habebis, ut præſtantia virtutum tuarũ ad omnia utilis habeatur, interim qui privatis ſatis affligebaris, publicas etiam omnes procellas capiti tuo imminentes horrere cogeris. Vis dicam quam Beatitudinem tuam cenſeam. Abi poſt negotia, aut ſine omnino illis, quantum poteſt, in hortulum

ulum tuum,uno aut altero libellorum tuorum, toti-
lem aut uno ad ſummum ſuper ſodalib. bonis comi-
atus. Ibi litteræ & flores te docebunt quam ineptè
elicitatem tuam tot hominum arbitrijs exponas.

VI.

lluſtres Heroum animæ, quas ſideris albi
oſteritas Iovis invidit Saturnia Regnis.
elliquiæ ſecti puro radiantis ab auro
ccipite hunc Socium; Vatiſque in nomine caſti,
tratos habitus, Virgo ſpicum apta, relinque,
ome ſerenatos ricâ meliore capillos,
eque ævo iam redde tuo, & mortalia viſe.
cce Antiqua redit ſopitis Gratia bellis
t pacem incurvâ gladij pro falce precantur.
ſe operum deſes Thracios in vincula Mavors
ungit equos pacata, & circo primus in alto
Quadriiugos Veneto delaſſat pulvere currus,
Quos quondam undanti coluit Bellona cruore
Nunc ludos meditantur equi; nec carcere diro
anguineas inhiant epulas: Neptunius illis
loret agon, Veſtæque vehunt pilenta miniſtras.
ed quid ego hæc vanis fingens Emblemata Muſis
erum ingens latebris obſcuri carminis abdo?
Chriſtus adeſt; magni tremuere Palatia Iani
Sponte fores valvas ruptis clauſere catenis.
Egregius Pacis Bello clariſſimus auctor,
Saxonides ſua iura, ſuis data civibus arma,
Detrahit ipſe manu, ſertumque nitentis olivæ
nduit in Laurus, & pro caſtriſque iugiſque
Dat ſanctos hortis invivere mollibus annos.
Non ultra ſævis Tyrrhenus hiatibus augur
Martia fulmineis inflammat prælia bombis.
Nec biſſena boum concuſſis tergora palmis Bar-

Barbaricos animant infanda in bella tumultus.
Feſta ſed urbanis ſociatum tibia dictis
Cantat epos. Riſuque Hilari convivia curant
Et Como Proceres, mediјſque evulſus ab armis
Lene ſonat tubicen, lætaque per oppida Tedæ
Suſpendunt aulæa, viris ſpirantia vivis.
Talis erat quondam, tali ſe mente gerebat
Cum domitis invecta Getis, Pœnove ſubacto
Roma potens in equis Capitolia celſa petebat.
Albi quadrupedes, albatus in agmine denſo
Cæſar adeſt, virgamque Iovi meditatur honoram.
Iuxta arcus, pictique duces, maiorque videri
Annibal, ad portas quam cum ſtetit impete laſſo.
Verum antiqua velis quid Romæ evolvere ſecla
Secla modis varias variis ſimulantia palmas.
Quas cum Simplicitas ad Veri examina vibret
Deteriora ſequi victæ cunabula Larvæ
Cogatur: Sunt noſtra domi Germanidos acta
Vel nunc cum denſos Europæ in carmina Vates
Attonuit Princeps Heroo è ſanguine Saxo.
Saxo potens opibus, virtute potentior Heros,
Cui par ingenio Genius transſcripſit honores.
Ipſe palam emenſus magnorum geſta Parentum
Omnia prætereis ſeclorum Exempla ſuperſtat
Nec ſe dignum aliquid niſi ſe videt. Integra dudum
Tempora, & aßiduo melior Deus advenit auro.
Pax Aulæ proceres, pax alti culmina Regni
Pax populum, & lætis pro nobilitate coronis
Exercet ſtudia, & feſtis dominatur in arvis.
Ipſe polo haud quicquam Genitor mortalibus almus
Porro negat, ſed plena gravi ſe Copia cornu
Exonerat terris, liquidoque affulget Olympo.

Ante alios Proceres puris altaria condit
Juſtitiæ manibus, vetereſque inſtaurat honores
En Hortos en caſta viris habitacula priſcis
Ille colit, Belliqu dominum revocatus ab æſtu
Mitia in egregiis exercet tempora cultis.
Sic teneros inter floreis, cunabula dulcis
Areolæ molleis Phœbum depoſcit in orſus
Seußius, & ſuavi ſe paſcit flore Senectæ.
Agreſteis inter choreas, & Mitia Panum
Numina, nec duræ facileis ſibi Chloridos auras.
Nymfarumque greges, Pomonæque uberis arma,
Et Veneris riſus, Charitumque emblemata flores
Se colit innocuum; procul inſidioſa ſuperbi
Cura fori, lucrique hilareis è fæcè labores.
Nec tamen hæc turpi tabeſcunt otia ſeſſu
Aut tumida imbelli decreſcunt robora ſucco.
Sed Numeri Famæ varij cata carmina cantant
Et vatum in primis accentibus ardua dictant
Heic croceum nivea in tunica meditatus honorem
Quos florum in ſeclis videt emicuiſſe colores
Ingerit in verſus, ſeu densâ Epigrammata cudat
Mente, nec in paucis cantat parum, amabilis auctor.
Seu deſerta ſuis evolvat & ingerat ultrò
Fata viris, lepido texens Anagrammata nexu.
Quæ Maiæ iuvenis Adamante recondita firmo
Scita Deûm in vulgus verſo dare nomine pridem
Miretur dubitans, adamantaque damnet inertem.
Sive etiam Heroo laxet præconia cantu,
Talibus in numeris & rerum pondere tanto
Ilias, & paribus ſuccreſcit Odyſſeas armis.
Nos quoque Muſarum dociles huc vertimus hortos
Dum Soli loquimur, vel iam mihi Gloria priſci

Ceſſerit

Ceſſerit Alcinoi, quem duri fabula vulgi
Et fragiles ſtrepitus rerum, inceſtique tumultus
Vrbanumque nefas transſcribunt mollibus arvis.
Non alia eſt Vitæ Ratio ſecurior, & cui
Libertate merâ tantum conceſſerit in ſe
Iuppiter Imperij; quam quæ ſemota furente
Nec quicquam populo domitos ſeceßit in hortos.
Non furor hunc vecors, vilis temeraria facti,
Ambitiove inſana quatit, non mentis avaræ
Triſtities hilaris, Opulentave vilibus auri
Paupertas cumulis, curæque exercitus ater.
Inſons in medio rerum Natura ſuarum
Depoſuit ſe mater opum, Non aura ſerenam
Fœminei infuſcat plauſus, non turpis adulter
Rumor honoris, & inſtabilis laſcivia Circi.
Inſidumque bonis Vulgus; non mobilis illum
Turbo rapit usquam docti conſtare Favoris.
Ille nec Imperio collum ſervile tyranni
Subijcit, aut ſceptris Regalibus imminet ultor.
Vanus honos merito eſt, niſi quod meruiſſe Libido eſt
Vt contemnat eum: magnas quia tradita mentes
Maiores tamen oſtendit contemta poteſtas.
Hactenus in Vitâ duo monſtra tenacibus ulnis
Omnia complexu ſtringunt rapiuntque ſub uno.
Speſque Metuſque Animi cruciamina ſuſpendendi.
Cum colit alta Quies optati commoda Ruris
Et terreſtre caput terrâ meditatur Olympum.
Speſque Metuſque abeunt; ut res eſt quæque, videtur.
Non aciem incumbit fuſcâ fuliginis umbrâ
Terror edax animi, tum barbara claßica circum
Magnanimos equites errant immanibus auſis.
Hibernumque natat Pelagus ſtridentibus undis.

Non

Non ubi decrepito Fortunæ iniuria talo
n latus inſtabiles proiecit pallida Luſus.
Deſperantem animum Divorum oblivia vexant.
Non ubi plena rudi fudit ſe Copia Cornu
ſpes ſuper iniuſtis ſcævo ſimulamine pendent.
Omnia ſed parili diſtinguit imagine Lancis
Arbiter ad nutus Animus. Nullum æqua vacillat
n Latus, aſt duo conſtans ſibi Fabula talo.
Cætera qui nigro Livor ſale turbat acerbans
nvidiam innocuis inimicam diſtinet Hortis.
Quippe ubi Simplicitas & priſci Gratia recti eſt.
Cum nihil in vitâ fœcunda Calumnia fraudum
Poſſit, abit Livor, moriturque ſuo obrutus oeſtro.
Quem favor excelſa populi brevis arce locavit
Omnibus adnutat foliis, nec debilis Euri
Flatus adeſt, toto quin corde tremiſcat inertis
Conſcius Imperij; quem ſolus ad ardua duxit
Ambitus, invitâ Virtute, potenter abuſus
Deſidiâ vulgi mendicatoque favore.
Urbe alij in mediâ fallendis plurima caſtis
Verba dolent, vendantque inopi ſua crimina faſtu
Attonitoſque reos linguâ ſuſpendere norint.
Otia ſunt quibus Hortus alit, quibus educat Hortus
ndoctos bellandi animos. Dum priſca retenta eſt
Sepibus Ambitia, trabibus nec Græcia flavis
Extulit exciſo laquearia fulta metallo.
Nulla fori utilitas, non Rixæ inventa protervæ eſt
Nullus ibi inceſto thalamos corrupit adulter
Crimine, ſed pura ceu credita reddidit ultrò
Terra fide; ſic iura thori ſine Iudice habebant
Fas, ſine Legitimâ, cum non ſint crimina, Pœnâ
Non ibi primævus Senis in ſacraria greſſum

Arde-

Ardelio duxit, Cani reverentia menti
Sancta fuit, non Iura foris Gradivus habebat.
Non tabulæ informis bis ſeno emblemate purum
Inceſtarat ebur: Duæ erant vice Legis & Aequi
Divinæ tabulæ, Pudor, atque Modeſtia Facti.
Hæ cum biſſenis ius conceſſere regendum,
Vrbibus in caſſum Leges ſcripſere tribuni,
Ex illo perijt ſacri reverentia Recti,
Ex quo Pœna malum vetuit, faciendaque iuſſit
Imperium: Humanæ reſtat moderatio menti.
At nobis, mala, quæ cunctis eſt addita demum
Summa malis, Ars ipſa Dea eſt, tractamus ut artem
Iuſtitiam, & nudum tunicis turpavimus Aequum.
Sic methodo in ſanâ proclamaturus iniquæ
Peccatum Lancis Iuriſconſultus, inani
Rectum alit in cathedrâ, ut noceat Petulantia doctè.
Vt quondam ſimplex hortenſi victus ab herbâ
Integra longinquis tranſmiſit corpora ſeclis,
Nec Medico in cætus nova repperit Orgia morbi
Cura rapax pretij, ſic dum nativa vigebat
Iuſtitia, in nudo ſtabat tutiſſima Signo.
Poſtquam mixta epulis Europæ eſt Africa, Colchos
Commendavit avis, Lucrino ſtagna profundo
Laxarunt Conchæ, dominataque protenus orbi
Luxurioſa gula eſt, nec habet diſcrimina Victus
Dum ſuper eſt pretij, venduntque Epimenia bulbi,
Erupere ſitu morborum Exercitus, & cum
Ianua aperta malo, non declinabilis eſt vis.
Sic poſtquam variis educta eſt urbibus æqui
Regula, confuſumque Chaos ars coxit in unum,
Nuſquam Iuſtitia eſt, ſcelerum infandiſſima regnant
Nomina, Nominibus dominatur Stellio in ipſis.

Cumque mali Pœnis creverunt impia facta,
Nunc etiam Pœnis Luxus ſeſe imputat; & cum
Lex hominem æqua merentem Excuriat; *improbus adſtat*
Excoriatque interpres, & exigit Acta Voluptas.
Pars alia ad pretium peccando ditia condit
E *culpis merita, & pro* Nobilitate *Pudorem*
Deſpondet noxæ. Non *hæc intelligit horti*
Innocuus cuſtos; procul hunc civilia migrant
Crimina, dum neſcit vacuâ quid in urbe geratur
Subtrahit intrepidè fœcundis otia Curis.
Centum artes, turpique volant ſata crimine monſtra
Vrbani ſceleris; quot non excogitat ille
Pergula Seſquiſenem vincit quem Neſtore triplo.
Si fora Sollicitas vel ſanctum in Legibus æquum
Purpureis latet in tunicis Reverentia Recti.
Aſper ubi ſonitu cecidit tibi nummus acuto
Vulturij expanſis roſtris tres illicet adſunt.
Intereà puri gens exſulet arbitra Iuſti,
Fitque Sophus pretium torquentis Iura Sophiſtæ.
Scilicet hæredem dum perdere nemo fatetur
Cauſidici fatuis ſorbent patrimonia buccis.
Gratus adeſt Sancti Genius nitidiſſimus Horti,
O felix tutela animi, qui iura ſecundum
Vivere Naturæ, *& parvo contentus abire*
E rerum potuit tenebris volventibus in ſe!
Dimidium ut toto melius, qui flectere molem
Norit Avaritiæ, finemque imponere Curis,
Ambitione procul! Fidi *cui Regia pollens*
Bibliotheca animi eſt, qui per ſcita omnia priſci
Temporis incedens, tranquilla mente Senatum
Conſtituit ſibi, tot ſanctos de moribus albis
Indigetes, quorum ad nutum ſua nomina vertens

At, ais, caute etiam ſic vivam. Non arbitri tibi illi ſodales tui factorum tuorum, ſed judices erunt; cum viderint cautius vitam inſtituentem, odiſſe pro ſe quiſque illico incipient. Nihil enim promtius pro vituperio malignitatis ſuæ mali mores agnoſcunt quam diſſimilem Vitæ ordinem. Quicquid agit nequam vulgus ſecum agere volet quem novit. Facilè in te invenit ſagax obſervator quo te uti ad facinus ſuum velit, ſi in familiaritatem te ejus qui malis moribus eſt immiſeris. Si obſecundaveris, non jam tecum loquar, non enim is amplius eris quem ſolum hic mecum me habere ſcio, ſi detrectaveris, amicitiæ, ut vocatur, obſequium, non jam odiis res agatur aut invidiæ telis. Protraheris ad ultionem bonæ tuæ indolis ferendam, differere, traducere, nullibi tutus, ex nullo non angulo tibi inſidiæ apparebunt, aut tectæ nocebunt dirius. Anime mi chariſſime, quô magis procul à turba te tibi vacantem deprehendes, eo propius noris tuæ Beatitudini acceſſiſſe. Certe Felicem eſſe res privata eſt, nec tua ad malorum hominum conſortium pertinet portio. Non ſolum arbitrium, ſed & poteſtatem tuæ proſperitatis vulgo trades, ſi illi te permiſcebis. Quem compoſitum mente, quem alienum à Vitâ ſuâ cultum colere videbit, ejus bona quiſque direptum veniet. Non poteris ſecurus tui eſſe, cui tot aliarum conſcientiæ timendæ erunt. Noſti cujus hoc regnum ſit, cujus territorium colas. Ille nimirum princeps mundi qui damna ſua interitu quam plurimorum hominum ſolari ſtudet. At quid deeris publico, an inter vivos nolis vivus verſari, ſed vota tua communi egregio ſubtracta, clauſtro alicui alligabis, ut vivere primum nemo te alius

homo

homo ſciat, ad extremum tu quoque obliviſcaris, & Larva Lemuralis inter perpetuos pædores fructum & uſum humanitatis tuæ amittas? Apage hoc delirium. Ingens Myſterium Beatæ vitæ eſt, vivere in publico, publicæ rei prodeſſe ut licet & datur, ſibi interim ſimul etiam quam optimè præeſſe. Sta publicè bonus, æquus omnibus, te tibi ne abſtrahi ſinas. Quicquid extra domum tuam geres, ad te niſi aliorum cauſſa, non admittas. Non impendas Animum tuum ſplendori, Gloriæ, Ambitioni, Avaritiæ. Ne cupias aliquis in paucis, in multis præclarus eſſe. Onus eſt quem tu Honorem Imperandi alijs vocare certas. Id ſi injungitur tibi, cave te illi ſubmittas. Fac cogaris ad ſubeundum officium quod te tibi bonam partem Vitę tuę auferet; nec niſi alieno arbitrio reſtituet. Chriſtianus es, natus bono publico, fungere Labores tuos ſine convulſione animi tui. Non tu habitas in illis ædibus quas lictores tibi & faſcium Metus ſecuras faciunt, ſive publicæ illæ ſive tuæ ſunt. In conclavi tuo te habes, te invenire debes quoties in negotijs aliorum perdidiſti. Adhuc imo arctiorem tibi cuſtodiam tui debes, nec lectulus tuus nec thalamus ſatis anguſtus tibi erit, ut collectim bona tua tibi adeſſe & beatitudinem tuam ſuſtinere poſſint. Ubi inter hæc ſpatia illa quæ per orbem terrarum Gloria aut Ambitio quærunt? Ubi Palatia quæ Luxus & Splendor conſtruunt? Si frui bonis tui animi velis non vacabit in turba, ejus te negotia tenebunt. Quoties jam totus tuus eris, quoties adeo jam omnia extranea ſemoveris ut etiam oculos jam quieti proximus, clauſeris: Tum ſenties te tibi tuorum actuum Iudicem venire, intra te eſſe quem placatum oporteat, ſi

Tranquillam vitam ducere velis. Itaque eum teſtem qui illuc te ſequitur ubi ſolus & verè ſolus es, ubique reverere. Vulgum quà datur, omnino vita. Qua non datur ne tamen tibi arbitrum, ne dum Dominum, adſciſce. Natura hæc multitudinis eſt, mille modos dominandi habet, quos nequaquam umquam vel unus aliquis omnes vitavit, abſtrahe te quantum potes ejus Contubernio, quam tibi imperaturam noviſti. At, ais, hoc modo omni genere Voluptatum etiam honeſtarum carendum erit? Quid Voluptatem tu ullam in populo honeſtam quæris, qui ſi tale quid ſectari te ſentiet, nullo modo omittet quin de honeſtis ad turpia ſodalitijs & exemplis te abſtrahet. Quod ſi omnino hoc certamen victor decertaveris; quid Volupe tibi & honeſtum erit cujus tot erunt invidi quot ſpectatores, tot hoſtes quot cupidi? Et quid animum tuum in Chao illo publico delectare poterit, quod non melius in penetralibus tuis tecum habere te videbis, modo circum ſpicias? Omnis certè divina Voluptas, omnis cum Numine Collocutio, à turbâ ſecedere cupit. Omne ſapientiæ ſtudium in eo eſt, ut nullo arbitro melius ſeſe præbeat. Naturæ bona conſidera. Nihil comparabile horti tui floribus etiam aureæ ſtatuæ ferent, etiam Equeſtres in medio foro Coloſſi. Loquetur de te populus ſi ambitione tuâ ſemel pedem collo tuo impoſuerit. Tu ejus rumoris eum fructum habebis, ut præſtantia virtutum tuarū ad omnia utilis habeatur, interim qui privatis ſatis affligebaris, publicas etiam omnes procellas capiti tuo imminentes horrere cogeris. Vis dicam quam Beatitudinem tuam cenſeam. Abi poſt negotia, aut ſine omnino illis, quantum poteſt, in hortulum

ulum tuum, uno aut altero libellorum tuorum, toti-
dem aut uno ad ſummum ſuper ſodalib. bonis comi-
tatus. Ibi litteræ & flores te docebunt quàm ineptè
felicitatem tuam tot hominum arbitrijs exponas.

V I.

Illuſtres Heroum animæ, quas ſideris albi
Poſteritas Iovis invidit Saturnia Regnis.
Relliquiæ ſecti puro radiantis ab auro
Accipite hunc Socium; Vatiſque in nomine caſti
Iteratos habitus, Virgo ſpicum apta, relinque,
Come ſerenatos ricâ meliore capillo:,
Teque ævo iam redde tuo, & mortalia viſe.
Ecce Antiqua redit ſopitis Gratia bellis
Et pacem incurvâ gladij pro falce precantur.
Ipſe operum deſes Thracios in vincula Mavors
Iungit equos pacata, & circo primus in alto
Quadriiugos Veneto delaſſat pulvere currus,
Quos quondam undanti coluit Bellona cruore
Nunc ludos meditantur equi; nec carcere diro
Sanguineas inhiant epulas: Neptunius illis
Floret agon, Veſtaque vehunt pilenta miniſtras.
Sed quid ego hæc vanis fingens Emblemata Muſis
Verum ingens latebris obſcuri carminis abdo?
Chriſtus adeſt; magni tremuere Palatia Iani
Sponte fores valvas ruptis clauſere catenis.
Egregius Pacis Bello clariſſimus auctor;
Saxonides ſua iura, ſuis data civibus arma,
Detrahit ipſe manu, ſertumque nitentis olivæ
Induit in Laurus, & pro caſtriſque iugiſque
Dat ſanctos hortis inviveré mollibus annos.
Non ultra ſævis Tyrrhenus hiatibus augur
Martia fulmineis inflammat prælia bombis.
Nec biſſena boum concuſſis tergora palmis Bar-

Barbaricos animant infanda in bella tumultus.
Feſta ſed urbanis ſociarum tibia dictis
Cantat epos. Riſuque Hilari convivia curant
Et Como Proceres, mediiſque evulſus ab armis
Lene ſonat tubicen, lætæque per oppida Tædæ
Suſpendunt aulæa, viris ſpirantia vivis.
Talis erat quondam, tali ſe mente gerebat
Cum domitis invecta Getis, Pœnove ſubacto
Roma potens in equis Capitolia celſa petebat.
Albi quadrupedes, albatus in agmine denſo
Cæſar adeſt, virgamque Iovi meditatur honoram.
Iuxta arcus, pictique duces, maiorque videri
Annibal, ad portas quam cum ſtetit impete laſſo.
Verum antiqua velis quid Romæ evolvere ſecla
Secla modis varias variis ſimulantia palmas.
Quas cum Simplicitas ad Veri examina vibret
Deteriora ſequi victæ cunabula Larvæ
Cogatur: Sunt noſtra domi Germanidos acta,
Vel nunc cum denſos Europæ in carmina Vates
Attonuit Princeps Heroo è ſanguine Saxo.
Saxo potens opibus, virtute potentior Heros,
Cui par ingenio Genius transſcripſit honores.
Ipſe palam emenſus magnorum geſta Parentum
Omnia præteriens ſeclorum Exempla ſuperſtat
Nec ſe dignum aliquid niſi ſe videt. Integra dudum
Tempora, & aſſiduo melior Deus advenit auro.
Pax Aulæ proceres, pax alti culmina Regni
Pax populum, & lætis pro nobilitate coronis
Exercet ſtudia, & feſtis dominatur in arvis.
Ipſe polo haud quicquam Genitor mortalibus almus
Porro negat, ſed plena gravi ſe Copia cornu
Exonerat terris, liquidoque affulget Olympo.

Ant

Ante alios Proceres puris altaria condit
Iuſtitiæ manibus, vetereſque inſtaurat honores
En Hortos en caſta viris habitacula priſcis
Ille colit, Bellique domum revocatus ab æſtu
Mitia in egregiis exercet tempora cultis.
Sic teneros inter floreis, cunabula dulcis
Areolæ molleis Phœbum depoſcit in orſus
Seußius, & ſuavi ſe paſcit flore Senectæ.
Agreſteis inter choreas, & Mitia Panum
Numina, nec duræ facileis ſibi Chloridos auras.
Nymfarumque greges, Pomonæque uberis arma,
Et Veneris riſus, Charitumque emblemata flores
Se colit innocuum; procul inſidioſa ſuperbi
Cura fori, lucrique hilareis è fæce labores.
Nec tamen hæc turpi tabeſcunt otia ſeſſu
Aut tumida imbelli decreſcunt robora ſucco.
Sed Numeri Famæ varij cata carmina cantant
Et vatum in primis accentibus ardua dictant
Heic croceum nivea in tunica meditatus honorem
Quos florum in ſeclis videt emicuiſſe colores
Ingerit in verſus, ſeu denſâ Epigrammata cudat
Mente, nec in paucis cantat parum, amabilis auctor.
Seu deſerta ſuis evolvat & ingerat ultrò
Fata viris, lepido texens Anagrammata nexu.
Quæ Maiæ iuvenis Adamante recondita firmo
Scita Deûm in vulgus verſo dare nomine pridem
Miretur dubitans, adamantaque damnet inertem.
Sive etiam Heroo laxet præconia cantu,
Talibus in numeris & rerum pondere tanto
Ilias, & paribus ſuccreſcit Odyſſeas armis.
Nos quoque Muſarum dociles huc vertimus hortos
Dum Soli loquimur, vel iam mihi Gloria priſci

Ceſſerit

Ceſſerit Alcinoi, quem duri fabula vulgi
Et fragiles ſtrepitus rerum, inceſtique tumultus
Vrbanumque nefas transſcribunt mollibus arvis.
Non alia eſt Vitæ Ratio ſecurior, & cui
Libertate merâ tantum conceſſerit in ſe
Iuppiter Imperij; quam quæ ſemota furente
Nec quicquam populo domitos ſeceſſit in hortos.
Non furor hunc vecors, vilis temeraria facti,
Ambitiove inſana quatit, non mentis avaræ
Triſtities hilaris, Opulentave vilibus auri
Paupertas cumulis, curæque exercitus ater.
Inſons in medio rerum Natura ſuarum
Depoſuit ſe mater opum, Non aura ſerenam
Fœminei infuſcat plauſus, non turpis adulter
Rumor honoris, & inſtabilis laſcivia Circi.
Inſidumque bonis Vulgus; non mobilis illum
Turbo rapit nuſquam docti conſtare Favoris.
Ille nec Imperio collum ſervile tyranni
Subijcit, aut ſceptris Regalibus imminet ultor.
Vanus honos merito eſt, niſi quod meruiſſe Libido eſt
Vt contemnat eum: magnis quia tradita mentes
Maiores tamen oſtendit contemta poteſtas.
Hactenus in Vitâ duo monſtra tenacibus ulnis
Omnia complexu ſtringunt rapiuntque ſub uno.
Spesque Metuſque Animi cruciamina ſuſpendendi.
Cum colit alta Quies optati commoda Ruris
Et terreſtre caput terrâ meditatur Olympum.
Spesque Metuſque abeunt; ut res eſt quæque, videtur.
Non aciem incumbit fuſcâ fuliginis umbrâ
Terror edax animi, tum barbara claſſica circum
Magnanimos equites errant immanibus auſis.
Hibernumque natat Pelagus ſtridentibus undis.

Non

Non ubi decrepito Fortunæ iniuria talo
In latus inſtabiles proiecit pallida Luſus.
Deſperantem animum Divorum oblivia vexant.
Non ubi plena rudi fudit ſe Copia Cornu
Spes ſuper iniuſtis ſcævo ſimulamine pendent.
Omnia ſed parili diſtinguit imagine Lancis
Arbiter ad nutus Animus. Nullum æqua vacillat
In Latus, aſſiduo conſtans ſibi Fabula talo.
Cætera qui nigro Livor ſale turbat acerbans
Invidiam innocuis inimicam diſtinet Hortis.
Quippe ubi Simplicitas & priſci Gratia recti eſt.
Cum nihil in vitâ fœcunda Calumnia fraudum
Poſſit, abit Livor, moriturque ſuo obrutus oeſtro.
Quem favor excelſa populi brevis arce locavit
Omnibus adnutat foliis, nec debilis Euri
Flatus adeſt, toto quin corde tremiſcat inertis
Conſcius Imperij; quem ſolus ad ardua duxit
Ambitus, invitâ Virtute, potenter abuſus
Deſidiâ vulgi mendicatoque favore.
Vrbe alij in mediâ fallendis plurima caſtis
Verba dolent, vendantque inopi ſua crimina faſtu
Attonitoſque reos linguâ ſuſpendere norint.
Otia ſunt quibus Hortus alit, quibus educat Hortus
Indoctos bellandi animos. Dum priſca retenta eſt
Sepibus Ambitia, trabibus nec Græcia flavis
Extulit exciſo laquearia fulta metallo.
Nulla fori utilitas, non Rixæ inventa protervæ eſt
Nullus ibi inceſto thalamos corrupit adulter
Crimine, ſed pura ceu credita reddidit ultrò
Terra fide; ſic iura thori ſine Iudice habebant
Fas, ſine Legitimâ, cum non ſint crimina, Pœnâ
Non ibi primævus Senis in ſacraria greſſum

Arde-

Ardelio duxit, Cani reverentia menti
Sancta fuit, non Iura foris Gradivus habebat.
Non tabulæ informis bis ſeno emblemate purum
Inceſtarat ebur: Duæ erant vice Legis & Aequi
Divinæ tabulæ, Pudor, atque Modeſtia Facti.
Hæ cum biſſenis ius conceſſere regendum,
Vrbibus in caſſum Leges ſcripſere tribuni,
Ex illo perijt ſacri reverentia Recti,
Ex quo Pœna malum vetuit, faciendaque iuſſit
Imperium: Humanæ reſtat moderatio menti.
At nobis, mala, quæ cunctis eſt addita demum
Summa malis, Ars ipſa Dea eſt, tractamus ut artem
Iuſtitiam, & nudum tunicis turpavimus Aequum.
Sic methodo inſanâ proclamaturus iniquæ
Peccatum Lancis Iuriſconſultus, inani
Rectum alit in cathedrâ, ut noceat Petulantia doctè.
Vt quondam ſimplex hortenſi victus ab herbâ
Integra longinquis tranſmiſit corpora ſeclis,
Nec Medico in cœtus nova repperit Orgia morbi
Cura rapax pretij, ſic dum nativa vigebat
Iuſtitia, in nudo ſtabat tutiſſima Signo.
Poſtquam mixta epulis Europæ eſt Africa, Colchos
Commendavit avis, Lucrino ſtagna profundo
Laxarunt Conchæ, dominataque protenus orbi
Luxurioſa gula eſt, nec habet diſcrimina Victus
Dum ſuper eſt pretij, venduntque Epimenia bulbi,
Erupere ſitu morborum Exercitus, & cum
Ianua aperta malo, non declinabilis eſt vis.
Sic poſtquam variis educta eſt urbibus æqui
Regula, confuſumque Chaos ars coxit in unum,
Nuſquam Iuſtitia eſt, ſcelerum infandiſſima regnant
Nomina, Nominibus dominatur Stellio in ipſis.

Cumqu

Cumque mali Pœnis creverunt impia facta,
Nunc etiam Pœnis Luxus ſeſe imputat; & cum
Lex hominem æqua merentem Excuriat; improbus adſtat
Excoriatque interpres, & exigit Acta Voluptas.
Pars alia ad pretium peccando ditia condit
E culpis merita, & pro Nobilitate Pudorem
Deſpondet noxæ. Non hæc intelligit horti
Innocuus cuſtos; procul hunc civilia migrant
Crimina, dum neſcit vacuâ quid in urbe geratur
Subtrahit intrepidè fœcundis otia Curis.
Centum artes, turpique volant ſata crimine monſtra
Vrbani ſceleris; quot non excogitat ille
Pergula Seſquiſenem vincit quem Neſtore triplo.
Si fora Sollicitas vel ſanctum in Legibus æquum
Purpureis latet in tunicis Reverentia Recti.
Aſper ubi ſonitu cecidit tibi nummus acuto
Vulturij expanſis roſtris tres illicet adſunt.
Intereà puri gens exſulet arbitra Iuſti,
Fitque Sophus pretium torquentis Iura Sophiſtæ.
Scilicet hæredem dum perdere nemo fatetur
Cauſsidici fatuis ſorbent patrimonia buccis.
Gratus adeſt Sancti Genius nitidiſsimus Horti,
O felix tutela animi, qui iura ſecundum
Vivere Naturæ, & parvo contentus abire
E rerum potuit tenebris volventibus in ſe!
Dimidium ut toto melius, qui flectere molem
Norit Avaritiæ, finemque imponere Curis,
Ambitione procul! Fidi cui Regia pollens
Bibliotheca animi eſt, qui per ſcita omnia priſci
Temporis incedens, tranquilla mente Senatum
Conſtituit ſibi, tot ſanctos de moribus albis
Indigetes, quorum ad nutum ſua nomina vertens

Se colit ante omnes hominum, ſibi præſtitit ipſi
Egregio Chriſtum intuitu; quæ ſacra relaxant
Officia, in numeros ſibi digerit, otia, certos.
Vrbe procul, procul à ſtudiis Vulgaribus, intra
Vnius alteriuſque probabile pectus Amorem
Conſtituens verum: ſic fortunæ omnia fallit
Fulmina, Ridet opes, Luxum pede proterit acri.
Celſus opum quas blanda ſinu Natura miniſtrat,
Invidioſa vagæ ſpernit deliria Pompæ,
Nec quærit ſua dicta coli, ſe candidus intra,
Quod loquitur de corde mero, de ſenſibus altis
Promit, & in nullo mentita vocabula verſat.
Prætereunt talem Vitæ diſcrimina mille
Mille mali Caſus; cum Mors data puncta fatetur
Vt plenus dulci conviva recedere menſâ
Iucundis abit illecebris, ſine deſide queſtu,
Nulla canit ſuperis convicia; nobilis Hæres
Egregium in tumulos carmen, felicibus addit
Auſpiciis, ſua cum deſcendunt ſertâ, ſecutus,
Tramitis eiuſdem per iter, ſine crimine Vitæ.

VII.

Amici nomen aliquammulto tempore retinens, cum, non dico periculum, ſed ejus ſaltim extremæ umbræ à flammâ minarum, ſanguine caſſarum, ingruerent, reſiluit à ſimulata fidelitate, Et quid hactenus in nos mentis habuerit, licet nimis aliquantò ſero, aperuit tamen, vel timore externatus, vel morbo infidelitatis ſuæ ſatisfaciens Dubium eſſe non poteſt hunc morem ſuum à nobis miſerum hominem non eſſe exorſum, aut vafritiem naturæ huc uſq; potuiſſe diſſimulare. Fefellit ille hactenus plures alios, ſiquidē momen-

momenta nocendi fugâ ſua tam accurate deprendit. Sed gratias agimus Omnipotentiæ nec niſi in animo ſuo, nobis eum potuiſſe quippiam detrimenti facere, neque conceſſiſſe favorem ratorum ut diutius pro amico eum haberemus qui poterat fortaſſe pejori nobis tempore morum ſuorum turpitudinem repetere. Miſerum illum dixi qui cum fidelitatem meam cognitam haberet ab ea potuit tam levi cauſa ſecedere. Miſeriorem ſi ab alijs deceptus, quod opinor, malitiam aliorum in me vindicare voluit, unde Conſtantiæ noſtræ egregium lumen alluxit ſe vero omnibus deteſtandum expoſuit. Sed ponamus magnum in eo & cordatum amicum nos amiſiſſe, & verba querelis laxemus, quid animi futurum putas illudentem ſe videnti eum ſibi, quem male habere tanto emtum voluit, ut ſeſe, modo ipſi ægrè faceret, atroci & illaudabili ſceleri alligaret! Cui Spes omnes meas, nihil licet umquam ſuprà vulgum auſo, credidi, cui quicquid arcanum ordo vitæ meæ habebat, in ſinum profudi; cum quo omne quicquid dulce atq; jucundum in curriculo dierum meorum obventurum mihi rebar, vel imminere ſuſpicabar, tamquam uni omniū fideliſſimo, & velut moribus meis, quæ vel prima firmæ amicitiæ occaſio & conſummatio eſt, quam pariſſimo, credidi & depoſui; is ſubito, ſuſpicatus aliquod inſignius malum mihi imminere, & nec quid nec quare, impotente & crudeli diſſidio à nobis reſiluit. Suprema omnium mortalium curarum mihi Fides in Amicitia colenda videntur, cum in perfectâ conjunctione animorum felicitas pluſquam humana, in diſſenſionibus plus quam ferina aut belluina improbitas reperiatur; ſiquidem cum ijs loquendum

quos humanæ Rationis Sapientia ſupra vulgus elevavit, ſin cum iis quibus divina ſacrariorum cognita, Charitas, felici rependitur redhoſtimento, & turbam conjurantium contra me quondam, (ſed & nunc quoque) chariſſimum caput ſequitur. Et quidem cum aliquo nominis mei detrimento, dum ei adverſari patricidale crimen exiſtimo, quem omnia in mei amorem acturum & cogitaturum ſperabam. Sed utinam ne umquam extra divina præſcripta velut manſuram cum quopiam ratus fuiſſem amicitiam, quæ revera, non diuturna umquam futura eſt niſi in omne humanum genus æqua & velut generalis exeat. Quod equidem prævidere principiò debebam, electus & à materno rubore Omnipotentiæ ſingulari Curæ velut ſepoſitus. Verùm nunc equidem cum quod actum ſit, omnino non poſſit anticipari, neque oblivio noſtra deleat ex rerum ſerie vel minimum rei geſtæ momentum: Nec pugnare cum eo valeam aut velim quod inter facta jam redactum, nequaquam exſcindi ex ordine eorum poſſit, quæ jam prorſus tempori inſita ſunt, & una hora integram longiſſimi etiam ævi præſcriptionem potiuntur; cedamus illi de quo nos Amore & externis Voluntatibus deturbat, dum priſcum illud noſtrum Beatitudinis arcanum recuperemus, quod ipſi iſti refugæ quodammodo ferè jam traditum, retinuimus ſimul, quia auferre tam frivoli ſenſus homo non potuit, & tamen velut depoſuimus in fidem alterius, dum communicare illi voluimus qui & indignus erat & minimè tam egregij boni capax. Indulgeamus ipſi iter non longinquum ad animi mærorem perpetuum, ad Pœnitentiæ triſtitiam commeatum profi-

proficiſcenti demus, ſecuriores nos eſſe de felicitate noſtra abſceſſu illius qui partem aliquando ejus ſolidæ, ſed inter nos tamen diviſæ, potuiſſet contaminare. Ad nos tamen ipſos paullo interius redeamus & quo pacto quiſque & à quo, tam impotente diſcidio reſiluerit, videamus, ſaltim in ſubſidium memoriæ, vel jam nunc in nobis imbecilliores, vel talis aliquando poſtea fortè futuræ. Principio omnium qui quavis etiam de cauſſa, nam ſufficiens tantæ improbitati dari nulla omnino poterit, ſeorſim à tua perfecta fide recedere valuit eumne umquam tibi fuiſſe ut nomine, ita & re, Amicum deputas? Diſcriminum plurimorum gratia, quibus ærumnabilis vitæ ſemper ſcatet curulis inconſtantia, ſanxerunt mortales, communis Naturæ inſtinctum ſecuti, ut duo pluresve dexteris implexi animum alter alteri obfirmatum in omnem fortunam, quaſi librâ & ære traderet; acceptumque ferret & appenſum, eo quidem pacto ut quod contradidiſſet repetere abſque voluntate hominis non poſſet. Hæc forma erit Animorum in amicitiam conjugationis, hæc eadem velut & formula. Umquam ne ergo quod in amicitia maximum eſt, in iſto, Fidem videlicet vel conjectura ſtabili, ſentire potuiſti? Numquam quidem certè, nec alius quiſpiam, neq; tu qui in eam inquirendam non arbitratus es quam velut tuæ poteſtati ob æratam, quin tua tibi domi eſſet, dubitare numquam voluiſti. Sanè ſi veluti ſquamis Candoris tui ab oculis reductis, quibus Amor ſincerus obcæcarat quodammodo judicandi ſtrenuitatem, diſpicere animum induxeris, Tu quidem ei quando non adfueris, comminiſci numquam valebis, ipſe contra quando tibi, id vero

ſi volueris quærere, infanti nondum prognato faciem depingere certaveris. Quid ergo facere debebas? Nonne pridem ſentire cujus fortunæ & formæ hic eſſet amicus, indignus reipſa tam ſplẽdidi nominis elogio? Talis cũ tuâ tibi confeſſione & conſcientia fuerit, nõne unum hoc vides & benè & amicè tecum egiſſe, quòd, licet à ſpatio temporis ſatis longo, maturius tamen à te diſceſſerit, quam ex uſu malitiæ ipſius erat, non tam ſatisfaciens obſcæno mori ſuo, quã tibi in futurum conſulens? Porro, converſatione tam familiariter mutuâ jam ſoluta, recordari jam impunè poteris quòd de aliis, tibi ſoli recens ſenſerit, quibus non tam favore quam & neceſſitudine junctus erat. Verum fateamur, neminem eorum ſatis fideliter diligere poſſe fatebatur; ut tibi penitius amoris in te ſui perfectionem perſuaderet. Quod non & tu aliquando expiſcando hominis animo indiligentiorẽ amici cujuſpiam curam prætendebas, uti ipſe quid in eo mali notaſſet quaſi compendio tibi futurum, aperiret? Erupit quidem virus hominis ſæpius, tu tamen oblitus es quamprimum audiviſti, neq; tam candidã animam adhærere Lutum illud væcordæ ſuſpectionis paſſus es. Nec minus tamen & ſimplicitas illa non prorſus imprudens, ea cavenda in ipſo tibi dictavit, quæ in alijs ipſe reprehenderet. Non quod odiſſes hominem, ſed quod ẽt hoc adfectui ſincero indulgeres in eum, quẽ pari te calumnia apud alios traducere facile erat conjectione adſequi. Quas ibi ſæpe, ut nunc vides, (& tunc quidem ſentiens ſentire nolebas) Inconſtantiæ, Futilitatis, Malignitatis, Vecordiæ, Jactantię Malivolentię Notas nõ dubitandas ex animo illo ſubulcerato expoſuit. Sed ſatis de his verborum,

Pru-

Prudentia rectrix Fidelitatis, & ſemel animũ meum occupatum ſemper poſſeſſura Candida Simplicitas õia cætera perpetuo ſilentio ſubmergent. Verum quid nunc exinde concludam? Certe mihi me credere deinceps debere, qui cũ de infidelitate hominis talẽ fugam ſortiturâ, me mecum admonerem, nunquã impetrare potui ut ſic etiam ipſi diffidendum ducerem. Fructus ergo hic eſt Candoris noſtri, ut omne ſuum malum ipſi integrum ſibi ſervarit. Nullam ego nec integram quidem ſuſpicionem in pectus meum admiſi, quâ vel tantillũ de malignitate infidelis amentiæ participarem. Cãdor in me verus, genuinus, qui ſe talem agnoſcit, in illo fictũ & ad ſcititium ẽt agnoſcere noluit. Clauſimus ſereni noſtri pectoris oculos ne nigredinem illam, & furvam morum inæquabilitatem vel introſpicerent. Gratulor mihi alios vulgo id videre quod ipſe illi me ſemper eximens, ſentire nolui. Cum hæc talia cogito & mecũ ſeducto mihi velut ſollemne carmẽ occento, ſanè multum à priſtino fervore ad intempeſtivos dolores remitto. Certè n. non ſine curâ ac dolentiâ ẽt tam improbi hominis familiaritate orbabar; Verum abierit quo libitum ipſi fuit. Nõ diverſorium apud nos aut taberna eſt ultrò citroq; cõmeantium, uti pro arbitrio exitũ introito fruſtrentur, qui fallere fidelẽ Hoſpitẽ volent. Mores ei longè teneriores, frons illuſtrior quã quæ ẽt ſuſpicionem nigrantis nebulæ pati ſuſtineat. Nec umquam hoc paterna ſinat immortalitas ut quicquã à nobis auferant noſtriſque decorib. quicunq; vel micam malignitatis boni favoris nube diſſimulatam contegunt. Nimis vigilaceis eis poſuimus cuſtodes, illibatam in Dei favore & Benignitate Confidentiam, cum animi Conſtantiâ

Digitized by Google

inſuperabili, & Conſcientiæ cœlo fixæ nitore inmaculabili. Quomodocunque poterunt quod ipſis credidimus eludant, Fides tamen noſtra in nos redit; quod attulerunt ipſi, hoc ſanè referant, niſi quod de Imprudentiâ ſuâ ſemper inſuper aliquid etiam inviti Prudentiæ & Sollertiæ noſtræ addant, nova quotidiè exempla malignitatum proferentes, quibus ſemel viſis diſcamus animo ad meliora compoſito, cautius inpoſterum cavere. Ad extrema ſi veniamus, quis inopportunior nobis & incivilior amicus eſſe poſſit quam fuit iſte? Cum aliorum perdidiſſet favores, noſtros ambibat: dum de nobis ſecurus erat, illorum ſtudijs inſultabat. Dum aliorum adflatum clementiorem ſentiebat, nobis erat intolerabilior. Ad extremum, quæ cauſa nos ſejunxit? Verbum unum. Percuſſus voce tenui & evanidâ aer, cujus eodem momento ut in vacuo illo elemento, ſic in Corde Prudentiâ pleno, veſtigia eſſe decebat nulla; Verbulum unum & alterum; & illa intrà duorum hominum conſcientiam, peritura. At extulit infelix hiſtoriam caput & tamquam jam demum diutius cupitam & indagatam cauſam diſcidij arripuit, idque amplexus eſt ingenti ambitione malorum dictorum, coram frequentiſſima hominum coronâ. Ego vero gratulor mihi de ijs quæ hîc adquiſivi & perdidi. Perdidi quia ſarcinam ponderis non ſolum nunc inutilis, ſed & poſt aliquando nocituri, abijcere ſive deponere licuit; eo potiſſimum tempore quo ipſi fuit viſum; ne vel incivilitas aliqua nobis exprobari poſſit. Acquiſivi, dum etiam à maligni hominis excuſſione munitius pectus mihi veri Candoris armis feci. Nec impoſterum faviturus tam ſincerè ijs quos non norim,

nec

nec notitiæ niſi unum & alterum admiſſurus, cum felicitas tanta non ſit mortalium, ut Fidelitas in multis eſſe poſſit nomine ſuo digna. Nec non plurimum additurus Fidelitati meæ quia eam indies malis atq; improbis exoſiorem fieri documentis irrefutabilibus comperior. Careamus ergo etiam hac facie impoſterum, & cum hac omnem ex aliis oboriturum dolorem exuamus, nec careamus ſolum libenter & prolixo animo, ſed & inpoſterum nobis proſpiciamus, ſpeculum hoc ſemper præferētes noſtris affectibus, quibus ad exemplum jam depoſiti examinemus prius, quicquid ſe intrudere Candori noſtro molietur. Tu, Mortalitas mea, etiam abhinc diſce nihil in hâc vitâ perpetuum ſpebus tuis indulgere, ſed omnia finem eum ſequi cui contraria eſt benigna morum Frugalitas. Ille à quo ſeceſſerit ab iis docebitur qui ipſius etiā primum congreſſum ferre vix poterunt. Si enim Bonus Boni vel minimâ parte compotem ſuſtinet, amat, fovet, illi ſeſe libenter impendit. Certè malignitas nullo modo eſt ut Malignitatem ferre poſſit; ſed vitium cujus ſibi quiſque conſcius eſt, illud in altero viſum omnium implacabiliſſimo odio proſequi ſolet; videlicet malas alterius arteis ſuis nocituras credens, Quoniam & Malorum de Malitiæ ſuæ fructibus inter ipſos Invidia eſt. Suavitas ineffabilis bonæ piæque ad omnia Conſcientiæ reſolvat ſe in ſemet & turbas internas, externosque rumores non pluris æſtimare diſcat, quam damnum illud æſtimari poteſt, quod ab ipſis poteſt proficiſci. Hoc verò omnino aliud non eſt quam quod futilis & inconſulta etiam ſui imaginatio frivolorum hominum, & Opinio vulgaris auræ ineptis mentibus perſuadet. Reipsâ enim nihil omni-

Digitized by Google

no intereſt quid ille de nobis ganniat, qui de vituperatione ſui etiam cum ſolus ſecum eſt, ne uno quidem momento ceſſare poteſt. Quin virtutem in aliis cernens,& eam adſequi nec potens nec ſtudens,vitiis ſuis ſeſe infeſtet, cum ei nocere minimè poſſit quem Animi ſtabilitas, ſocia & Comes perpetua Bonæ Vitæ, altius elevavit, ipſiſque Deorum admovit conſiliis. Deorum enim appellatione inter mortales digniſſimi ſunt,qui dum hic vixerunt,Conſtanti animo Honeſtum & Æquum cum virtutum aliis Choris coluerunt,plurimis hoſtibus tẽtati, nullis umquam perculſi aut dejecti, illic verò vere inter ſidera recepti fruuntur fructu perpetuo brevis Vitæ ad Normam Virtutis traductæ. Ea enim Omnipotentiæ erga nos eſt Benignitas ut Æternis præmiis digna habeatur brevis admodum ævi Virtutis Conſtanti mente ſectatio; nec ſit ut quis animum deſpondere debeat omneis numeros præſcriptæ perfectionis explere nõ potens; cum in vacuum veniat Cæleſtis Gratia,largâ manu ſe eis offundens qui in ſpem & Fiduciam Mediatoris JESU Chriſti, connixi, animo eo evolant quo feſſi corporis artus ſequi ex hac vitâ non poſſunt. Sic tamen hæc,ut nec malis moribus perpetuæ etiam Pœnæ in alio poſt iſtud tempore defuturæ ſint; Quæ ad Felicitatem incredibilem Piorum comparatę,non minus erũt omni exemplo majores in eos qui Vitam æternam à Domino oblatam non ſolum non receperunt, aut ordinem in iſtâ præſcriptum ſequi voluerunt,ſed malis atque malignis ingeniis,conculcarunt velut pedibus cæleſtes margaritas, inſtar obſcænarum belluarum per fas nefasque omne in turpibus & inceſtis libidinibus ſurſum atque deorſum volutati;

Indi-

Indigni quibus non ſolum offera u. cœleſtis Sapientia & Fiducia Æternæ Felicitatis, ſed eorum etiam nomine qui ad illa præmia per ærumnas & inſidias malitiæ ipſorum feſtinant. Duc in Piorum cætu nos ô Benignitas Divina; nutriat nos ad ſpem & Fiduciam Æternæ Gloriæ Cæleſtis Gratia, ſervet nos in inſtituto Vitæ ad Frugem bonam ordine Spiritus Salvifici Manuductio, ut quod hic aliis prædicamus, cum primis Nos facere ſtudeamus; ut potiti æternis præmiis Deum Unum & Trinum, Trinitatem in Unitate, Patrem, Filium, Spiritum Sanctum, Creatorem, Salvatorem, Sanctificatorem in inenarrabili Trinitatis Unitate, Unum Deum in ævum glorificemus. Rideat nos in tenebris noctis ſuæ miſeranda Mortalitas, Illudant nobis amicitiæ ſpecie, verſipellium inimicorum technę. Mala conſilia conſulentibus ſemper ſunt peſſima, Pietas autem compoſiti & ad omnia Tranquilli animi, nos ſervabit incomparabilis, quæ promiſſionem ſervat & hujus & futuri ſeculi; Qua tutrice ſecuri quotidiè nos ei Spiritui commendamus qui filialem in nobis erga Deum affectum generat; Qui teſtimonium nobis intra nos præbet minimè nos filios eſſe hujus ſeculi, in quo Regnat malitia: Sed velut curſores per ſpatia infeſta ad veram verè nos vocantem feſtinare Patriam.

VIII.

Pompa quid æternos peritura moraris honores?
Et rapis in faſtus Lumina cæca tuos?
Cedite purpurei gemmata Palatia Reges.
Flecte procul muros, aurea Roma, tuos,

Non

Non decus in ſpoliis ullum eſt Orientis opimis,
Nec Genium in luxu Barbara Gaza capit.
Rex Regum placido venit in Capitolia paſſu,
Signa procul rerum Publica Vita movet.
Non jam ſceptra terit Latiis Victoria peilis,
Vltro ad devictos Regia Virgo venit.
Ignis, & elatæ florens Cuſtodia palmæ
Quæque domum grato Cæſare, Laurus habet.
Poplite ceu flexo cultis præſepibus adſunt,
Vnde oritur rebus reddita Vera Salus.
Martius Auguſtos inter clypeosque viroſque
Signaque ab Eufratis bis repetita vadis.
Tigride projecto, Scythicique horrore Tropæi
Vallis Idumææ, Tibris, adorat aquas.
Nempe premit Vatum docili præſagia cultu,
Sponſaque cum lapſo tempore, Vita venit.
Caſſa Fides Regum, famulas Orientis habenas,
Fraude, dolo, inſidiis impia Troja regit.
Subdita Cærulei demittunt lumina Galli
Victor & in captis Arioviſtus adeſt.
Non jam Cæſarea eſt domito Victoria mundo,
Nec gener in lacrymas dat tibi, Iule, caput.
Non geminos domuit clades repetita Philippos,
Actia nec Phario Roſtro cruore madent,
Vt tener in mundi veniat ſpectacula Luxus,
Iactet & in ſcena Romula ſceptra Nero.
Purpureas phaleras & Ephippia, Chriſtus ab auro
Dejicit ad cultus, mitis aſelle, tuos.
Nomen ad æternum. Proceres, ſubmittite palmas,
Huic ſine vi rerum Pax data Regna colit.
CHRISTVS adeſt placidam Mundo portare quietem,
Arma procul taceant Martia, CHRISTVS adeſt.

Clangor

Clangor ab Aegypto Tarpeja Palatia terret
Parthia lethali cornua voce ſonant.
Indus ad AntonI feſtinat prælia miles
Pictaque thyrſigera concutit arma manu.
Arabia infelix Latio ſe fulmine miſcet
Siſtra manu molli non ſua torquet Apis.
Fœmina Dux belli; contrà ſe fervidus infert
Puppe premens magnas debili, Agrippa, rates.
Ite pares animis & ſanguine tingite pontum.
Vt ſubeat Solymæ maxima Roma jugum.
Inſtat enim ſubito ſuavis modulamine cantus
Egregia Chriſtus ſimplicitate potens.
Regna procul poſitis, Pax intemerabilis, alis
Firmat & æterno fert Bona Vera ſinu.
Martia Sanguineos ſtrepitu tuba comprimit ultro
Victor jò. victâ voce, Triumphe, taces.
Legibus ille novis non horrida prælia ſancit
Non domito ut ſuperet jure Libido, cupit.
Non ut regaleis ſtipent æraria Cenſus
Luxus ut imperio Libera Corda trahat.
Non ut deliciis ingloria marceat ætas,
Deſidiâ ultrici fervida facta ſequens.
Mite ſed armatos vincens, Oſianna, tumultus,
Munera non ullo capta furore refert.
Heic æterna ſalus, heic eſt Victoria perpes,
Ipſe ſuo has ſancit ſanguine, Chriſtus, opes.
Egregii firmant æterna in gaudia teſtes
Quiſque ſuâ oſtenſam dat tibi Morte viam.
Sola vacans divina tibi, tua carmina tecum
Martyribus priſcis æmula Muſa, canens.
Sic rapidos Mundi contemne volubilis æſtus
Nec ſubeat mentem non tua pompa tuam.

Quid

Quicquid in hac miſerâ cernis vertigine rerum,
Fumus & in nullo eſt umbra decore tenax.
Cœca ſed ægrarum curarum examina verſat
Vita ſuæ nullo numine certa via.
Nec tamen, ah miſeros, agnoſcunt ſecula faſtus
Perfidus alta etiam pectora turbo rapit.
Alta quidem ſibimet, quæ turpis Opinio torquet
Vt pretia à pœnis cernere nulla queant.
Ipſa tibi, Mens noſtra fave; contemne volanteis
Omnia quæ ſenſis præcipitare dies.
Stes humilis tua jura tenens. hæc unica CHRISTI *eſt*
Pompa, Deum ut raptâ prona ſequare cruce.
Tu te involve tibi; non hæc Rota pertinet ad te
Omnia quæ in noctem condita Vota trahit.
Cerne procul Vitæ Vexilla potentia cœlo,
Ille vocat Mundi victor ad Aſtra Deus.

IX.

Quid illi facies qui te læſit? qui numquam nec in mente tuâ tibi offenſus, injuriam intulit? Vindictamne ab illo expetis qui te ſibi perdidit. Nonne ſatis impium hominem alienatione ab illo animi tam candidi mulctatum arbitraris? Quærat ille per inmenſum rerum campum, qua colût mortales, parem amorem, an inventurum ullibi, hac rutubâ amicitiarum, cenſes? An pretium favoris tui ignoras qui conſcius tibi es perfectè hominem amare poſſe? Sic fugam ipſius contemtu ulciſcere, ſic malam mentem latronis concute vindiciis, ut perfectiſſimè in bonorum diligentia conſtans, videas illum palare ambientem ſibi ſimilium animorum copulas, videas nullibi invenientem quod quærit, dum ſentire & æſtimare cogitur quod ami-

amiſit? Tu vero audes velle aliter ulciſci & in lucem publicam producere manſurum pignus impatientiæ Tuæ? Abſtine huc uſque vel cogitando tui oblivisci. Non enim te læſit qui à te ſeparatus eſt eâ pœnâ ut recipere porro ipſum nolis. Id perdidit quod te invito recuperabile ipſi non eſt. Et ſic quoq; oblivisci debes ipſi te ægre facere, quem ne læderes, vel recipere debebas. Huc generoſi animi exercenda quotidie rebus adverſis celſitudo venit. Quod ęgre alii facere poſſit, ſummo ſtudio etiã inimicò cavere. Sic demum illud impetrabit à ſe & animum illius pertinacia Virtutis ſuæ ſibi ſubjugare, quem, quia improbum novit, quomodocunq; in melius ducere, officii ſui reatur. Videbit hoc pacto etiam ſtupidiſſimus mortalium, illi nocere etiam felicitatem ſuam non poſſe qui ipſi illam adimere etiã cum nullo negotio poſſit, abnuat. Vindicta quidem ipſa malorum morum alterius, & illius ipſius eſt, qui eos in ſe dominari ſuſtinet. Quid enim ad me qui corrigi non vult, quomodo ſcelus ſcelere aggravet, infortunium cumulet infortunio, cladem clade, morbum peſtilentia? Scilicet hæc malæ Vitæ perpetua lex eſt, Impietas urget Impietatem, & ſcelera ſceleribus ſe vindicant. Talia præmia domi ſuæ habet Improbitas, non neceſſe eſt implicet innocentes furoribus ſuis. Quiſquis non læſurum lædit, quiete & ſtatu ſuo cadit, an illum moveat cui nocere cupit, ſcilicet in ejus poteſtate eſt, qui lædi non curat. Non curat certè, quin immò nec lædi poteſt penitus qui contemnit. Non enim ægrum hoc & mille peſtilentiis objectum corpus injurias ſentit, quamvis debilitetur etiam, ſed animus. Qui nequaquam boni Rectoris officium tenet cum ſervilibus querimoniis,

mōniis, juſtè etiam patientis, mancipii ſui, excelſitatem gubernaculi ſui declinat. Quod ſi maximè & ad animum injuriæ acumen penetraret, An ſentire tantus ſuarum virtutum æſtimator, tantus bonarum in vitâ conſtitutionum ſpeculator, non poterit, ad ſeſe vindictam ſui non pertinere? Non enim, ô feliciſſime, in cauſsâ tu tuâ judicare debes, nec in Potentioris in te jus manum exorbitantem mittere: Ne quod ille meruit tu in te participabundus trahas, tuq; Pœnæ te ſubiicias malum illi reponendo, quod ut in altero ulciſceretur Omnia videns & ſciens judex tibi inferri paſſus eſt. Si neſcis Deo omnipotenti nihil magis ſacrum, nemo familiarius deditus eſt quam homo injuriis adfectus, & illi ipſas reſcribens, qui Juſtitiæ ab æterno præſidet! An illi gratum te facturum quippiam putas, ſi te illius miſeratione exuas, ut ipſi tibi jus novum facias? At tui miſera impotentia Tempus accuſat, quod remotum Ultioni, vel morte tua anticipabitur? Jam verè miſer & ſimul immiſerabilis es, qui omnino ſperare vindictā ſerio potes. Quid enim ſi noxam judex illi, te inconſulto & ignaro remiſerit? Fremes enimvero, quia non cogitas mancipium te Dei eſſe ſi cum illo pati volueris, ſi cum Mundo gloriari & florere, Diaboli. Hîc æternum quidem ſervitūrus poſt miſeram paucarum horarum arrogātiam, Illic æterna libertate cum Patrono benigniſſimo victurus poſt unius & alterius diei lacrymas, quarum neceſſitas eſt non electio ſi æternum gaudere cupis. Nemo enim umquam caruit bonus malignorum perſecutione in hac vitâ. Multi vero, immo omnes ferè boni, ad animum illas non admiſerunt, docente quotidiano uſu & monitis Veritatis invictæ, nō aliud

jus

jus vivendi iſthic eſſe, quam ut Malitiæ Vis dominetur, patiatur & premat ur Innocentia. Et quo pacto aliter hæc ad præmia æternæ Felicitatis perveniat, Illa completo peccatorum ordine, & menſurâ vitiorum æquatâ,ad Pœnas æternas deſcendat? Apage itaque à Conſtantia morum tuorum Vindictæ cupiditatem; Neq; enim adeo tuus es,ut communis Domini ſervũ pro lubitu tuo ulciſci poſſis. Lubitu dico,non enim ulla injuria tam immanis eſt ut invitum te tibi eripere & tradere Iracundiæ poſſis, ſi renitaris; quoniam non es inexpertus omnia te poſſe,ſi Deum amicum habeas. Sed Famæ aut Gloriæ aliquid tuæ demitur! Secedamus huc paullum & conſideremus an quippiam iſthîc dicamus. Redeamus aliquando ad nos ſolos & privatim domum à pertinaci longinqui Rumoris ſtudio, & immortalis, ut dudum arbitrati ſumus, Nominis aucupio,pedē referentes,nobiſcum familiariter ſuper hoc etiam negotio loquamur. Jam enim quaſi procul intueri cæpimus quid illud Rei tā ſanctæ & invidendæ ſit, quod, quia paucos cupere, pauciores indipiſci, pauciſſimos indeptos rectè percipere, aut omninò ſentire, neminē vero mortalium frui poſſe videamus, cupiamus tamen tanto ambitu, immò vel ideò numquam non ſperemus, quod par aliquid nullibi offendamus. Primum omnium quod in aliorũ opinione conſiſtit, & proinde nec noſtrum eſt, nec bonum ullum, quoniam variabile & obnoxium ſermonibus judiciisq; hominum, & ſi bonum, certè non ad nos bonum,nec noſtro regitur Imperio, ut cum omnia pro bono fecerimus, dubia tamen illius etiam indepti pendeat conditio, non videbatur mihi ſingulari ſtudio expetendarum rerum numero

D adnu-

adnumerandum. Jam verò patere omnibus à primâ cuique infantia exiſtimo Famam & Gloriam Factorum Dictorumq; cujuſque non ſolum in aliorum de ipſo perſuaſione conſiſtere, id quod reapſe vocamus Famam; ſed vero longè atrociori etiam ſorte, in plurimorum: cum ſapientibus ad unum omnibus paucitas Faventium pondus, multitudo Laudantium levitatem rei cujuſq; indicare ſemper viſæ ſint: vitio quidē generis humani cujus maxima pars abrepta devio torrente pravorum ſtudiorum probare nihil ſuſtinet, niſi quod moribus bonis contrariū, ob malignitatem quampiam occultam, & aſtutiam fraudulenti ingenij videatur plus cæteris, ſimplicibus nimirū, ſapere. Nemo.n.id laudare, niſi malignâ itidē commendatione, ſuſtinet, quod animo ſuo nō placet. Quis.n.pro bono feliciq; poſſit commendare, quod ſectę ſuæ pugnans, dum ſequi abnuit, quantū in ipſo eſt, condemnat? niſi quidē vecordia mētis raptus, in ſe armis ſuis pugnare contendat? Sanè quin totum univerſim illud q; tam ambitioſo & late patente vocabulo includis, in aliorū cōſiſtat Opinione, dubitare nullus potes. Si.n.contenta privatis poſſet eſſe parietibus Gloria, utiq; quia ſecurior multò ibi ſuo ſucco viveret, ſtolidâ oſtētatione in vulgus ambiguū & prorſus inſtabilia momēta popularis auræ non erumperet. Jam quid ferant ad Gloriā tuam neceſſarii publici illi de uno homine tumultus nec ejus quidē Ratio initu difficilior eſt. Quod.n. Imperio ſuo ſubjacet, id quam ꝓximè ad ſe accedere optat, & pati oīa cogit, quę Leges dominandi præſcribunt; ab alio videlicet momentaneâ Laude extolli, & dum recens eſt odor, probari; mox ad ultimas Gemonias & infame vallū relegari; ab alio initio mox contemni

temni præcipitem elevari, & inconſtantiſſimâ Gloriâ, utpote ex vituperatione ortâ, magnis nominib. æquari; ſi qui tamen umquam reperti ſunt evaſores harum conditionum, quas iniquiſſima popularis auræ tyrannis præfixas habet. Hæcque foret ſimplex illa, de quâ principio meminimus, miſeria; futura maxima, niſi major etiam immineret à judicio Plurimorum, quod ſummam felicitatis facere nonnulliis mortalium ambitionis & Gloriæ Cupidinis videtur. Id vero quã verum ſit mecũ exputare velis, tu, qui ſolus hic mecum es, tu, qui & loqueris, teque ipſum audis, quamquam alios potius ſequi velle videaris. Qui eo ſtudiis cujuſlibet ſcientię progreſſus, ut ſingulare quippiam & pręcæteris honeſtum ſe præſtare poſſe credat, non confidat, quando de ſe tenuiter ſentire fuga eſt vitii illius quod ſe ipſum amando in omnium odiis degit, propoſitum id rarò habet, nec habere ſanè debet uni ſibi rem ſcientia illâ locuplete faciendi; ſed alteri etiam, deinde alteri, ſic quamplurimis, & exinde infinitis eâ prodeſſe gaudet, ratus animi Liberalis indicium nihil omnino præmii illaudabilis captare, quales ſunt opes, & humum ſpectantes divitiæ, fluxa fragiliſque fortuna nihil præter onus & laborem in Vitam ferens; Sed immortalibus quibuſdam modis nomen ſibi & Gloriam condere, unde animi fortunatus etiam ignotis videri poſſit. Hæc ſumma cogitandi & perpetrandi finis, hic terminus ille quo currunt ingenuorum animorum deſideria. Jam vero qui unius ſibi aucupatione tale pectus obligavit, ut laudeis ipſius plenis buccis differat, infelicior utique eſt eo qui duos ita promeritus meritis aut beneficiis ſibi velut obnoxios æſtimatores adſtrinxit.

Ita porro qui tres, tantò eo eſt beatior, quanto prior numero; & ita deinceps in immenſum, quousq; multitudo colentiũ procurrere poteſt: ita demum id concedi neceſſariũ erit quod volebamus, videlicet beatiſſimam famam in plurimorum cõſiſtere debere notitiâ. Jam quæ turbæ & vulgi apud omnes Sapientes ad omnia ratio habeatur, id docere nõ magis attinet, quam clarâ meridiè Lucernam præferre. Et ut cedamus hoc quod Antiquitas & conſenſus Sapientium jam veriſſimum fecit, quid ex illâ omnium ſententiarum confuſione ad nos niſi turbulentũ & vecors, planèq; ex Naturâ vulgi venire poteſt, quod animũ ſibi deditum angat ſcilicet, & extremo modo dolore tantis laboribus fruſtra exhauſtis, deiiciat; modo impotente lætitiâ fruſtretur & ſuſpendat, mox tanto flebiliore ruina deprimendum quanto altius ſublatum tenuit. Hoc omne illud eſt quod depoſitis ſpebus mortaleis tamquam in circo aut ſtadio anhelaverũt comprehendere; etiam illi qui privatim ſecum beati ſuis poterant ex penetralibus Sapientiæ hauſtis bonis eſſe contenti & vivere vitam omnis expertẽ tumultus in ſeſe, & naufragii in finem flebilis, quod vitare, cum ſemel in pelagus incertum prodivimus, non noſtræ eſt amplius poteſtatis, expoſiti enim incõſtãtiſſimis ventorum ſtridoribus, proruẽtibusq; modo in altiſſima, modo in infima ſubruentibus fluctuũ tempeſtatibus, ꝙ ſemel omnino ſubire neceſſariũ eſt, coguntur ſingulis momentis timere, animo ad omnem nutũ procellarum dubio. Sic cogimur ad cœli animum mutationes componere, & aëris mancipia, ad omnem flatũ perhorreſcere, ne quid de nobis multitudo ſtatuat, cujus dubii ſenſus numquam tenorem ſuũ à carceri-

bus

bus ad calcem tenuerunt. Credamus igitur vel nobis ipſis antequam totos aliorũ nos exponamus arbitriis. Nihil incõſtantius vulgo eſt, niſi ſolus rumor, ſola Fama omni turbâ mutabilior; unius quippe hominis nõ Sermo, non Verbum, ſed ſuſurrus ſiniſtræ famæ ſpargere ſemen poteſt in multitudinem; Unde exortum Laudum aut exiſtimationis tuæ incendium, depaſcet quicquid multis annis boni de te æſtimii condideris, nullis laborib. parcẽs, ut apud eos Aliquis eſſes, quos latere & fallere ipſo nomine ſtudere debebas, ſi quidem aliquid in te Bonæ mẽtis, aut tui eſſet Cognitionis. At infelix animi in illo tu felicitatem promerẽdo ponis, q̃ nec eſt usquam niſi in ſuſurris laſciviẽtis populi, nec ad te pervenit, niſi vel per adulãtium inertes gannitus, vel illudentiũ creperas & merito ſuſpiciendas narratiunculas. Non eſt tuum formare te qualem velis in animis hominũ, quorum nõ ea eſt ſiniſteritas, ut etiam bene & præclarè merentibus favorem ſuum largiri poſſint. J tu nomine per maria & terras, ambula per omnium (ita enim de ſe fatui loquuntur & ſcribunt) virorum ora, Cum ad te redieris quem fructum laboris tui in rumuſculo invenias; niſi ut cavẽdum porrò tibi ſit ne etiam in occulto deinde pecces. Fama enim oẽs receſſus explorat, & quem ſemel deprehenderit, ei numquã poſt ignoſcit. Tu vero nec faciem deinceps tuam luci aut hominib. oſtendere poteris, ſed in effoſſis ſpecubus, cubilia talparũ æmulus, dies tuos inſumes, ſiquidẽ partam in vulgus exiſtimationẽ ſingularis alicujus ingenii velis cõtinere. Noſti illud veriſſimum, --minuit preſentia Famam-- Quod ut uno alteroq; aſpectu tui nõ ſentire te ſinat Rumoris calliditas; nullo modo evitabis tamen, quin cui-

Digitized by Google

cunq; familiarius te junxeris, ab illo iſtud exſpectes. Quem enim obſervant, notant, &, quod peius eſt, ſuſpiciunt multi, ei detrahere nemo non cupit, ut judicium ſuum ſeorſim illis ꝑbet quos novit morbo ſuffuſos eodem; qui quidem generalis jam eſt, & nulli non etiam invito & ignaro, naturalis. Moleſtiſſimum etiam illud ſenties qui ad arbitria Famę te compones; Facilimè ingenii omnia decora corporis vel tenuiſſimo nęvo concuties; nihil compoſitum menti tuę laudabitur, quod aleam membrorum peccantium ſubire non cogatur. Deniq; cum nec quidquam diu animi cultum examinaverint, cum ad laudum concluſionem ventum erit; illud ex adyto quopiam audies, Jucunda atq; decora anima, ut malè habitat. Hæc felicitatis tuæ conſponſio eſt, ut ſordibus demum corporis animæ cœleſtis exiſtimatio illigetur. Sed quid Rumorum tumultum ſequeris, ſi felix eſſe, ut vis, cupis. Altior eſt beatitudinis humanæ in Quiete ſita ſedes, quæ nihil equidem pro gloriâ in opinionibus aliorum quærenda laboravit, quam ut invitam vel adflare ſaltim, nedum appetere aut deiicere vel obliquis morſibus poſſit Tempeſtas bacchantiũ per vulgi deliros animos monſtrorũ. Quicquid felix & fortunatum eſt ſecum eſt, Compoſitum in ſeſe eſt quicquid aliorum turbas vereri non poteſt. Extra omnem naturam felicitatis eſt turbinibus mobiliſſimis quati. Solida eſt & conſtãs Virtus animi in morum nobilitate egregiâ ſibi ſoli ſe probans quæ illuc ducit, unde Vota Fortunaſq; humanorum errorum deſpicere valeas. Ne ultro te in pelagus præcipita ab arce tua; non datur facilis, neque omnino ſine ignominiâ datur ad ſemel deſertam Felicitatis ſpeculam regreſſio. Aliam

pro

pro delicato ſcilicet errore ſuo cauſſam dicunt ſordibus iſtis rumuſculorum paſti mortales, & dulci latice turbati Famæ fontis velut inebriati; Unum hoc in vitâ eſſe inſtar omnium apud Poſteritatem Magnum ſe facere, & ſeculum ſuum, ſupergrediendo, etiã ſequentium ſe laudibus immiſcere. Cui quamlibet jam dicta ſufficere poſſint, cũ non de tempore ad nos nihil pertinente, cum ſemel noſtram ejus portiunculam velut deciſam, percurrerimus, ſed de ipsâ Famæ naturâ, & quid illa ad pręſentiũ noſtrum felicitatem facere poſſit, ſermo ſit ꝓpoſitus. Cum.n.jam non ſis tu, neq; eſſe à quoquam perhiberi iſthic poſſis, ubi talis Rumor ad te pervenire valeat, nonne omniũ ſtolidiſſimus eris, ſi id nunc ages ut de te tum ſermo jam pridem extincto, pro felicitate tuâ habeatur, cum jam nihil tuum ſit quicquid cogitant, faciant, qui tibi ſuperſtites pro ſe quiſq; nec quadrantem unum à morte ſecuri vivunt? Curioſitas infeliciſſima eſt cũ ſcias eſſe paucorũ dierũ ſapere in reb. caducis æternitates velle, & cũ unius ſeculi ſingulis horis cũ omnib. reculis & ſpeculis tuis mortalib. ſis humanitatis Lege ſubjectus, nõ contentum miſeria tua, ẽt ſtultitiam infortuniis apponere, & imbelli planè gladio audere in fortiſſimum cuneum impetum facere, nemini niſi audaciſſimæ impudẽtiæ irruẽtis, nociturum. Quid ſomniamus ſtolidiſſimi ſimul atque miſerrimi creaturarum, Quodcunque in terris Deum non ſapit mortalium, corpora etiam noſtra, ſorte ſuâ, dum hîc eſt, fruitur; ibi poſt agonem ævi multum variabilis, exactum, nihil niſi quod meruit, hoc eſt atrociſſima omnia, referre debet, ſi non ad Gratiæ divinæ ſuavitatem converſum præ eâ omnia caduca ſtudiorum millia proculcarit. Ubi inter hæc

Digitized by Google

Nominis alicujus aut Gloriæ tuæ futura eſt Felicitas, uni videlicet illi Omnipotentia Leges ſuas remittet, & poſt obitum etiam pulverei corpuſculi, aliquid de animi immortalitate reliquum iſthic relinquet, quo frui apud mortales poſſit gloriarũ nectare illo ęternitatẽ nominis perennante inter eos ad quos ille jã non pertinet, qui eos numquã rediturus, deſeruit? Verum profundiora hæc ne Sapientię humanitus indagandæ excedere limites videãtur, operæpretiũ erit, claudere cancellos, & quid intra illos poſſit collectio, paullum auſcultare. Illa quidẽ hęc propria voce audienda procul de ſe Divinarum Conſiderationum dictat. Utiq; oĩs hæc felicitatis opinio in alicujus rei poſſeſſione, Gloriæ nimirũ, Famæ, & talium, vertitur atq; concluditur. Jam q̃ res ventura in poſſeſſionem meam eſt, & ita mea futura, nõdũ equidem in poteſtate mea, dum futura adhuc, eſſe poterit omnino; ſi enim p̃ſente eam poſſeſſiõne attinerem, jam temporis nondũ hujus, aut ſequentis, aut jam parentis, diſtantia eſſet ulla, caderet prærogativa ſequentis, & in jus ejus præſentis dominium venires, jamq; abſentia imminentis, præſentia ejusdẽ excluderetur, ſiquidem idẽ eſſet, idem jus haberet cum illo ꝙ nunc eſt. Qui ſpes ſuas jam ſepeliunt ut in Poſteritatis præmiis, auctorib. ſuis poſthumę, reſurgunt, utiq; Rei ſeſe manciparunt q̃ ad ipſorũ poſſeſſionem numquam ventura eſt; dum enim ipſi erũt, numquam aderit illa, q̃ mortuis ipſis demum oritura, nunc non eſt, ſed tũ futura eſt, quia jam imminet. Nec ſanè plus ea res ad ſperum ſuarũ tam ineptos procuſores pertinet, q̃ꝫ fundus iſte, quem de feneſtrâ modo deſpicio, nunc ad eum qui poſt mille annorum ſpatia demum aliquo ad ejus dominium titulo vẽturus eſt.
Nec

Nec enim intereſt procul an propè abſit quod non adſit, non enim ideo adeſt quicquam quod propius altero abeſt; nec minus abeſt illo longinquo, quod tamen abeſt, uti nec minus illud adeſt, quod procul abeſt quam quod propè, quia omnino non adeſt. Sic omnis illa abſentium bonorum poſſeſſio jam nulla eſt, quia futura demum & poſthuma quidem vitæ ejus qui ipſius amore incaſſum tenetur, quoniam ipſo jam non redituro illa demum exſtitura eſt. Sic aliena omnino res eſt à nobis cum omni favore & ſtudio ſuo Poſteritas, neque umquam quid ad fructum illius ad nos perveniet, quæ nos ſemper abſentes ſequetur, neque umquam quicquàm ſui nobis tradere poterit. Quid attinet igitur alienæ me & à me liberrimæ rei deſiderio indulgere omnia, quæ per naturam ſuam nec ulli umquam poſſeſſa eſt, nec fato poſſideri potuit? Rectiſſimè recentiórum quidam Poetarum cum ad Poſteritatem ſuper nomine ſuo ſcriberet, quod ſciret omnem de illo fructum jam ſeſe viventem exhauſiſſe & perceptū habere, nec viſurum ſe ejus vultum, nec videre cupiturum concludit, ſcilicet noverat ingenium felix & benè inſtitutum, illud loco fundaminis, quod jam protulimus, non ſubruendum. Circumſcripta ſunt omnium nomina Temporum ab Omnipotentiâ inviolabili quadam Lege, & à nemine migrandâ, dum quidem Ratio ordinis hujus cum ipſo quod Univerſum eſt placitura Conditori Sapientiſſimo: Ita neceſſe eſt præſentis contuitum à conſideratione futuri ſemper diſpeſci, idque irrefutabiliter, ne in pulcerrimam conſtitutæ publicè Civitatis Univerſitatem habeamur injurii, & in humanę Rationis captum prorſus ſceleſti, quam quidem ſequi

debemus, cum eam non ſuæ Virtuti ſervire jubet Immortalitas; Hoc eſt Fidei cui uni Gratia Cœleſtis tribuit credendo omnia indipiſci, quæ ſcrutando nulla vis humani ingenij adſequatur. Quid igitur aliud quã impium hoc & ſceleſtum patrant, qui dum præſentes ſunt, Futuri eſſe volunt, & fructum ex re capere cujus exiſtentia nulla erit dum ipſi vivent? Præſenti quidem imaginandi ſollertia aliquid ex eo præcipi poſſe non negamus, quod quandoque futurum vel ſcimus vel ſperamus, Sed illud quicquid tamdem eſt omne in præſenti iſto conſumitur, & quando illud eſt quod ſperavimus, tunc Homines, ſperanteis olim, quantum quidem ad ſperatum hoc loci, non ſumus, quid ergo nobis incaſſum laborare viſi ſaltim id agimus, ut cum nihil neque dextri neque ſiniſtri jam noſtrum eſſe poſſit, Rem frivolam & vanam Habere poſſe nos perſuadeamus prorſus credulitatem noſtram refutaturi ſi perpendantur non exactæ res, ſed rerum licet extremæ umbræ & umbrarum ipſarum imagines extremæque linearum delineationes. Quod ſi altius etiam penetramus & ſolatia iſta ærumnosè viventium acrius excutimus, quid futurum eſt niſi ut abjecta & talium & omnium cupiditate quæ hujus ut magiſtræ in verba jurarunt, & Famæ Gloriæque auctorati ſunt, proculcemus mortalitatis ineptias, unius vero Beatitudinis deſiderio & Ambitione piiſſimâ Gratiæ Divinæ cui fovenda & regenda ad halitium uſque extremum Miſericordiſſimæ, miſerrima & adflictiſſima viarum noſtrarum vota deferimus, flexo genu & anima diffluente cupidine ſanctâ veniendi ad veri boni & Beatitatis ſupremæ inſolubilia

lubilia conſortia, ubi nec perverſitas judicij hunc ab illo diſtinguit, nec ſtudium contra conſcientiæ ſuæ nobilitatem, tenax, quando paritas & caritas omnia ſplendidiſſimo ordine confundent, & Gratiæ cæleſtis cupidinem & Ambitionem, ſumma Mortalium diſcrimina, exiget de querqueræ mentis dominio, dum Immortalitatem in ſe veram agnoſcendo omnes ſpernent & protelabunt à ſe atrociſſimos Labores in vanis nominibus. Naſcentibus nobis, ut deſcenſum iterum in terrena faciamus, id impoſitum eſt nomen, quo cognoſci, & ab individuorum ut loquuntur, reliquis compellari ſigillatim poſſumus; id ſi uſibus noſtris, cui adminiſtrum eſt, & mediaſtini officium præſtat, ſubſervit, ſatiſque aptè conciliatum exſtat, jam muneris ſui mandata complevit, & ex re ſuâ ad ulteriora nobis præſtanda non tenetur; non magis ſanè quam ad officia manuum, ſi quis pedum flectere velit obſequia, aut nullo non conatu laborare ut manibus incedere, auribus videre, oculis veſci poſſit: Quis non ineptias talia conantis riſerit? Eadem Ratio eſt, ſi quid mentis ſupereſt bonæ, ſi Ratiocinationis officium non peccat, ſi quod mentis unius eſt frivolæ appellationi velimus adſcribere: videlicet ut ille ſonus, privi alicujus vocabuli, quo diſcernimur à cæteris hominibus, fiat perennis, & videri poſſit defunctos nos velut ſuperſtes quadam felicitate inter Deos referre; At ſono illi, voci illi per quem quamque nos dignoſcimur, demandatum fato ſuo eſt hærere in indicijs noſtris, habitare quodammodo in vultu noſtro, & quotieſcunque is inſpicitur ab homine alio, præcipuè

cipuè noto, aut nos noſcente, indicia perſonæ con-ferre hominis illius, qui ab alijs eo indicio diſtinctim cenſetur. At ſi prodeſſe nitimur pluribus, id ex eo generatur, ut quibus prius auditum eſt, quam corpus oculis uſurpatum, nomen noſtrum, cupiant eum hominem coram intueri, per quem vel merentes vel immeriti aliquid boni indepti jam ſunt, aut deinceps exſpectant. Si talem aliquem conſpexit quiſpiam, abit, paulatimque & nominis & faciei obliviſcitur, quippe utroque ad ipſum non pertinente. Tale jam eſt quod tantis curarum millibus, à ſudoribus & ærumnis ſuis perditiſſimæ cæcitatis exigunt Ambitores Gloriæ cujuſcunque, & inter hoc etiam proci Litterati nominis, cui impendere geſtiunt quodcunque poſſunt Quieti & Vitæ ſuæ ſubtrahere. Miſerrimi, dum efferre ſe putant nihil niſi Differri inveniunt, & dum unus & alter narrare de ijs fabellas longas & ridiculas poſſint, ipſi in ſe ſæviunt, traducuntque ad inhabilia ſordes ſuas; ut in ſomniorum nebulis ardua ſcandere videntur, qui nocturnis imaginibus inquietantur. Ita iſti fruſtrà elati ridiculis ſuis conatibus, manent tamen cum omni ambitione ſuâ apud ſemetipſos, ſudoribus ſe intereà vanis fatigantes, ut gaudia ſuá titillent vaniſſimis deſiderijs, quibus ſemel tacti neſciunt perinde ſapere, atque ij qui guſtu aliquo de Seirenum Concordiâ ineſcati omnia rerum odia atque Voluptates proijciunt, ut immoriantur perniciei ſuæ, non attendentes, quanta quamque vana concupiſcentiæ ſuæ tribuant, quàm pigerrimam ad velociſſima volatilium alligare contendunt; naturæ ſuæ prorſus obliti, etiam fabularum veterum Sapientiæ ignari, ceris præmollibus furtivas pinnas conſe-

conſerunt, & inerti vibratione de colliculo corporis procedente, aperto ſe aëri credere geſtiunt, aciem ſimul & pennas æſtu perdituri vi Solis adverſi, quem vindicem temeratæ ſuæ viæ ſtatuit Immortalitas, Oculum rerum Juſtificum: Quod ſi in imis famæ crepuſculis obhærebunt, comes tenebrarum frigoris vis congelabit cerarum retinacula, neque non ſic cadet improſpera eo devolandi audacia, quo Vitæ humanæ acceſſus divinitus eſt negatus: Hæc cum paucis nota fiant, non multi tamen etiam ſiniſtro itinere elapſi ſunt, quibus non ad ultimum Vanitas ſua adparuerit, juſtoque eos convitio ſepoſuerit à Laudibus affectatis. Hi ad extremum vapularunt ſuis clam teſtimonijs, irritos conatus ante Obitum deplorantes. Exemplis rem illuſtrare proficiat. Eorum vero ſeries paullo odioſior jubet, circumſpicere unumquemque mandemus, videbit audietq; teſtimonia eorum qui nil non Famæ & Gloriæ laborarunt, eò tamdem redigi, ut cum omnia fecerint, jam diſceſſui proximi, omnium ſe fateantur fuiſſe in vitâ ſtultiſſimos, qui ei rei ſtuduerint, quæ nec ad vivos ipſos neque ad mortuos ullo modo pertineat.

X.

Vltima cum extremæ mihi portio veverit Horæ,
Vitaque ſupremam curret amata viam:
Tum tua me Pietas cœlo traducat, IESV,
Sit comes in durum Spiritus Almus iter.
Finis ubi ſolvet divinam à corpore mentem,
Illa tuâ excedat ſuſcipienda manu.
Tu, confido etenim, ſalvam ſervabis ab hoſte,
Hoſte tuo, & generis. Maxime CHRISTE, tui.

Stabunt

Stabunt pone mali mores, Peccamina tetra,
Conſcia mens tacito murmure pectus edet.
Quippe tot in numeros mea noxia crevit, arenæ
Quot magni nequeant æquiperare maris!
Nec tamen hinc animi me deſpondebo, ſed inſons
Mors tua me memorem, Chriſte, tui eſſe dabit,
Vulnera me tua, me tua ſolabuntur, IESV,
Vulnera! in his animæ eſt inveniunda ſalus,
Corpore de Domini ſum portio nobilis, in quo
Stat deſiderij ſancta cupido mei.
Sit Mors ſæva licet, ſit Morte furentior Hoſtis,
Corpore ſeiungent me mala nulla tuo!
Vt moriar; moriens in te mihi vita renata eſt,
Sanguine reſtituis me mihi, Chriſte, tuo.
Morte tuâ vivam, quia tu de morte triumfas;
Numquam ego perpetuâ morte perire queam.
Quem victo ad ſuperos duxiſti Erebo, ille triumfus
Temnere me Mortis ſpicula Cæca iubet.
Quippe ubi tu fueris ibi me quoque vivere fas eſt,
Nulla iugum poterit ſolvere tale dies.
Ergo agedum moriar ut victo funere vivam
Tetra olim viſa nunc via amœna mihi eſt.
Quod ſi lenta negat perrumpere iuſsio Chriſti,
Vt coram cœli gaudiâ vera colam.
Intereà dum Sponſa Dei vice militat ægra
Et probat adverſis pectora noſtra Pater.
Dia tegat cunctos contrà Patientia flictûs,
Qui patitur vincit; ſic ſacer ille Deo eſt.
Ignorant hoſtes, nec id hos docuiſſe feremur.
Crux iter ad ſuperos continuata facit.

XI. Glo-

X I.

Gloriam, Honorem & Magnificentiæ Laudes repone Anima mea Domino Deo tuo; Domino Æterno, Principio ſine Principio, Creatori & Conſervatori omnium, Eſſentiæ perpetuæ, Ineffabilis Miſericordiæ Fonti, Quâ quicquid initij capax in Virtute modo ipſius floret, Vitamque ab Vitâ ipſius omnium auctrice & fotrice ducit, incircumſcribendus ipſe tempori ſuo deſtinatum, & in ordinem rerum demiſſum, alit, ſervat, tegit, & ſibi tamdem reſtituit. Gloriam & Gratias redde Patri Omnipotenti Domini mei Jeſu Chriſti, Salvatoris mei, Patri etiam per Chriſtum fratrem meum, meo; Qui, cum cætera omnia ab ipſo condita, niſi quatenus humanis Erroribus & Sceleribus læſa ſunt, Perpetuum ordinem ſuum naſcendo, vivendo, obeundo, & in omnib. Bonæ & Piæ Majeſtati ipſius parendo, à carceribus ad calcem Temporum ſuorum pro ſe quodque cuſtodirent, Homo autem Malignorum Spirituum ſuaſu, ſuaque domeſtica Superbiâ inſtinctus, nihil omnino facere ſe dignum poſſet, ſed ab initio nativitatis ſuæ, utpote inconceptus peccato, nihil niſi Conditori ſuo adverſum moliri, vitijs omnibus velut ignarum mancipium, nulliſque proprijs ſuis ſibi virtutibus redimendum, fræna immittere, Seque adeo procul à Vitæ Beatæ, cui conditus erat, conſectatione, æternis tantum immittere pœnis ſtuderet, Invenit in ſanguine Unigeniti Filij ſui Laborum noſtrorum remedium, ut corrupta illa, & in lacte ſcelerũ coagulata velut nativitas noſtra ab infandorum peccaminum jure & Imperio

perio in novam Creaturam reformaretur; ut antiquæ Labis per nepotum gradus graſſans peſtilentia, ſuccedente novâ & in auditâ mortalibus amiſſæ vitæ reſtitutione, emendaretur, Adeoque ut uno tibi omnia verbo proponam, Morti Certæ ſuccederet Vita Certior, Damnationi æternæ, Salus perpetua, infandorum Spirituum ſervituti, Libertas in Amorem Dei filialem fundata, qui nos adeo dilexit ut filium ſuum Unigenitum daret pro nobis, qui HOMO FACTUS pro nobis, Mortuus, Vitæque redditus Syngrapham meritarum Pœnarum Cruci affixit, Triumfum de Morte duxit in altum, ut quicunque crederemus in illum, Fidem & Spem hîc haberemus, æternorum bonorum Hæreditatis, illic vero poſſeſſionem perpetuam, quam in illius ſanguine præparavit nobis Pater noſter cæleſtis, antequam fundamenta poneret Univerſi. Contra quam Fiduciam noſtram nihil umquam poterunt Portæ Tenebrarum. Gloriam & Gratias redde, Anima mea, Deo Patri meo qui me regeneravit ad Certiſſimam Spem, ad vivam Fiduciam Vitæ Cæleſtis, per Reſurrectionem à mortuis JESU CHRISTI Domini & Fratris mei, ad Hæreditatem inenarrabilis Felicitatis, non maculandæ caſibus rerum caducarum, aut afflictionibus pro præmiis in miſeriarum hanc vallem corruptos mores ſequentibus. Quæ ſervatur mihi in Choris puriſſimorum Spirituum, Societate Sanctorum Patriarcharum & Martyrum, qui Spem Fidemque Agni Immaculati in mortem caducam ſecuti, inenarrabilibus modo Gaudiis vacant, coramque vident faciem Dei ſui, cujus intuitus ſumma omnis Beatitudinis eſt, Quæ ſervatur

mecum

mecum omnibus in infallibilia promiſſa Veritatis ſperantibus, qui per Magnificentiam Virtutemque Dei cuſtodiuntur in Fide ad Veri Æterniq; Boni Poſſeſſionem, cujus hîc fructum ſentimus, quicunque terreſtrium curarum onera amoliti per æquor hoc triſtitiæ alacri mente ad Portum Quietis perpetuæ contendimus, euntes ad flentes, ſed & portantes in animabus noſtris ſemen nobiliſſimum; quod per ærumnas & adverſitates & Peccatorum incurſus transferentes redibimus tandem cum gaudio, onuſti manipulis noſtris, quibus in æterna horrea conditis fruemur in Vitam omnis mali expertem. Vitam compotem Gloriȩ Domini noſtri JESU CHRISTI cum quo cruciati in tempore, Triumfabimus abſque Fine. Hoc myſterium Salutis conditum & obſeratum prioribus apertum eſt ævo noviſſimo, ut qui in eo pati cogemur, gaudeamus potiti fiducia venturæ æternitatis, ubi lacrymas ipſe abſterſurus eſt oculis noſtris, & Eccleſiam ſuam, ſponſam Chariſſimam, thalamo veræ Beatitatis inducturus. Patiamur igitur, ô Animula mea, patiamur volentes quicquid mundi tenor diſſimilibus ſui poteſt objicere, Feramus contemni, cruciari, per omnia tormentorum genera lancinati, ad extremum tamen occidi, ut Mors Duci noſtro ſimilis, ad parem cum ejus nos per Gratiam ejus Gloriã traducat. Fides enim noſtra afflictionib. probanda eſt, tormẽtis examinanda, Corporis omnibus concuſſionibus velut per ignem elimpidanda ut inſtar auri puriſſimi, omni fece in Elementaribus rebus relictâ, accedat ſine macula Gloriam, Honoremque CHRISTI noſtri, quem cum non viderimus, amamus tamen, ſperamus tamen in illius meritis, Spe

vivâ, Spe inenarrabili, Cujus ſuperfuſi flumine irriguo, incenſi flammâ Fiduciæ, Gaudemus nũc & Gaudebimus in Æternũ inenarrabilia Gaudia, utpote hic certi Benignitatis in nos Divinæ, certi Miſericordiæ Dei noſtri, Fidem in Fiducia, Spem in Confidentia ipſi ſervantes, in ipſo gloriantes, ipſius Pietatẽ in nos prædicantes, donec ærumnoſo ſeculo exemti ſummam omnium Bonorum, Bonum unum perpetuum, Bonum à nobis non auferendum, Bonum proprium cuique in æternum, ſine tempore, ſine Conditione, ſine Fine poſſidebimus, colemus, ſervabimus, quæ eſt, ad quam contendimus, Vita Vera, Vita Æterna, Beatitudo parta nobis per ſanguinẽ Jesu Chrirti. Hæc eſt Beatitudo illa quam ab initio rerum indagaverunt & quæſiverunt omnes Electi Deo, judicijs inenarrabilib. ante rerum Conditionem, omnes Sacri Patriarchę, Sancti Prophetæ, Reges adflati auræ cæleſtis Spiritu, Qui oẽs nixi promiſſionib. inde à primo homine ſtiroi & ſucceſſioni Piorũ datis, nixi venturi Hervis meritis, Venturam ipſius Gratiam & Ultimis diebus rerum Mundo aperiendam prædixerũt nepotibus, ſuaſerunt Spem in eam ponere, neutiquam fallendam, quin completo præſtituto tempore appaVitura fuerit Salus ex alto, & Collectura Filios ſuos Miſericordia Divina, ut Christiana Veritas per orbem oẽm cognoſceretur; Nomen illud Benedictum annũciaretur ſeculis, in quod Credẽtes de profundæ Noctis delirijs animo venirent in Veræ Lucis poſſeſſionẽ, eatenus mundo ignorabilem. Horũ Chori pro ſe quiſq; ſcrutati ſunt & inveſtigaverunt Tẽpora, quibus promiſſionis Divinæ ingrueret Cõpletio, His indicavit Spiritus Chriſti, qui in ipſis erat, ut Modum

etiam

etiã Reſtitutionis Humanæ Hominib.ineveſtigabilẽ prædicarent; Paſſionem nimirum Mortẽ & Reſurrectionẽ Filij Dei,cujus Gloria & Prædicatio eos manebat, quib.patefactus eſt ordo Cæleſtium myſteriorũ, ut ipſi nobis in hoc quoq; adeſſent, viſuris quondam certitudinẽ Spei noſtræ, quã tanto ante tẽpore tot divini Dei pręcones,tantus numerus ſanctorũ Profetarum, pęcinuiſſent, Non n. propriæ ſuæ quiq; eorum utilitati divina ſcita & voce & Litteris promulgavit, cum Spiritu Sancto percepti futurarum rerũ nuntia poſteritatis cõſolationi commendarunt,verũ noſtris uſib. compoſita ſunt tantarum virtutum pręconia,ut ſubnaſcens ſemper ſibi inFidei tenore Eccleſię ſucceſſio, firmis nixa fundaminib.ſciret cui ſepoſitis Idolorum deceptionibus ſpes ſuas cœlo ſublimes,terrę ereptas, transſcripſiſſet. Horum omnium pleno effectũ quotidie nobis firma & indubitata Fides tam ſcripto Dei verbo, quã vivà doctorum voce proponitur,ut de pręteritorum cõſtantia certi, ſecuri poſſemus vivere, qui prędicta omnia hactenus implevit,nullo omnino Vatum ſuorũ opere defuit, eum nobis quoq; tẽpore ſuo Spes reliquas in Vitam æternam completurum; Quę ſummatim & compendio Doctrinę Evangelicę ſumma eſt, p ſucceſſiones perpetuas ab exordio rerũ ad nos devoluta, manſuraque in cordibus noſtris defendente Sancto Spiritu,donec emenſi turbulentum hoc malorum pelagus potiti æternis bonis in Deo coram ipſo gaudia prædicta olim, nunc credita, potiamur.Hujus cæleſtis & Salvificę doctrinæ myſteria, quæ Deum homini conciliant, æternam Beatitudinem adhuc patienti Congregationi piorum ſpondent, non ſolum humanas laudes, humana

gaudia exſuperant, verum & Angelicorum Spiritûũ choreis non ſatis dignè celebrari poſſunt, uſque dum Deus omnia factus in omnibus & nos & illos tantarum rerum capaces jungit Beatitudini. Quapropter, ô quicunque auribus hæc hauritis, mentium quoq; veſtrarum penetralia aperite, Funditus curas alias alias occupationes excutite, condite intimis ſpeculationibus animarum veſtrarum conſiderationes tantarum rerum. Proijcite Gulæ Voluptatumque cæterarum omnia in univerſum ſtudia, Cingite vos velut porro profecturi virtutum deſiderijs, abſtrahite mentes à corporum delectationibus, Fructum rerum caducarum proculcate, quantum uſui ad vitam eſt cum Abſtinentiæ & Temperantiæ Lege, ſumite, ut excitati ſpiritibus toti fidatis, toti vos dedatis in Gratiæ Chriſti Benignitatem quæ evocat vos à Curis malorum negotiorum, puroſq; & illibatos ſibi mancipare quærit, ut meritis ſuis purgatos & purificatos ſiſtat ad prædictam Felicitatem. Vobis oriens illa ab alto Gratia aperit cæleſtia dona Spei certitudine, Fdei Fiducia, iſthic amplectenda, quæ manifeſtantur vobis per Merita Jeſu Chriſti qui ultimo tempore clauſa & coacta ſub ſigillum velut myſteria divinæ Beatitudinis recluſit, populiſque diſcenda dedit, ſublato omni obſtaculo, difficultate omni explanatâ, ut meram Gratiam ejus amplecti, puram benignitatem exoſculari & totos nos illi tranſcribere valeamus, qui quondam relicti expoſitiq; velut peccatorum noſtrorum deſiderijs palabamus in vitâ miſera & ad perpetuam miſeriam ducente, ignari propter quæ bona nos condidiſſet Omnipotentia, quibus felicitatibus deſtinaviſſet, qui cum ipſis illis præmijs non ſolum Studia

Virtu-

Virtutum verarum amiſeramus, ſed nec ſciebamus inſuper quid viveremus, quorſum nos homines creaſſet, quo fine erectos ad cæleſtia vultus pronis beſtiarum obtutibus exemiſſet. Is qui pater nobis erat, non ſolum Latebat nos ut pater, qui nos ad effigiem ſuam condiderat non ſolum ut Conditor nobis noſter ignotus erat, ſed perſuaſa Caſuum volubilitate Rationis noſtræ cæcitas, dubitabat omnino eſſetne ſupra nos aliquis qui negotia mortalitatis curaret. Ipſi nec vocabulum ſtatus noſtri doceri à quopiam poteramus, ne dum ut nobilior compoſiti animantis pars pretium ſuum poſſet agnoſcere. Ibant ſuis ordinibus ſecula, Vitæ mortibus, mortes vitis per omnia ſpirantium genera ſuccedebant, ſervabat Naturæ maternum ſimulacrum omnia perdendo, perdebat reſolvendo, nec in univerſum vel cæleſtia vel terreſtria corpora ab fixo curſu quicquam peccabant; Solum animans ex utroque compoſitum quod mente Cæleſtia, corpore Elementaria ſpirabat, nihil ordine officioque ſuo agere poterat, in tranſverſum cum omnibus ſuis ſtudijs turbo Malignitatis humanitatem rapiebat. Nil quicquam ut decebat Virtus animi, omnia corporis voluptas in gloria faciebat, nil tam minutum ſpirabat aut ſentiebat quod Regi ſuo homine nobilius non viveret. Nunc repente exorta per Chriſtum Veritatis cognitio, per mortem ipſius, Non ſolum vitæ nos noſtræ, ſenſibuſque nos noſtris reddidit, ſed filialem in Deum, ex agnitione ipſius beneficiorum, affectum reſtauravit in nobis.

XI.

Omnipotens atque æterne Deus, qui ante initium

omnium rerum principio ipſe carens cum eo ęterna tibi Sapientia hoc eſt unigenito filio tuo & ab utroq; ꝓcedente Spiritu Sancto, in te õia complexus es, Qui poſtquã ſtata tempora venerunt, Tempus ipſum Univerſi iſtius machinę appenſum condidiſti, cœlumq; & terras & maria Spiritu oris tui hoc eſt Omnipotente verbo de nihilo exiſtere feciſti, qui oẽs benedictos & in ęternum te benedicẽtes choros angelorũ tuorum regię tuę indidiſti; neve in terris ẽt deeſſet, qui laudũ tuarum pręconia cõcineret, poſt conditũ Univerſum hominem admiratorẽ operis tui futurũ amæniſſimo horto Paradiſi immiſiſti, qui cęleſtium motuum igniumq; in ſubjecta dominantium Harmoniã atq; ordinatim diſtinctas potentias ſpeculatus, te cõditorem & conſervatorem perpetuo cultu veneraretur, qui Elementorũ ſeriẽ qui animalia vitales auras ducentia dignoſceret, qui formoſiſſimũ opus tuum & õibus numeris abſolutiſſimũ acie mentis à te inſpiratę penitius introſpiciens, inceſſanter in terris nomini tuo Gloriã redderet, non ſecus ac puriſſimi ſpiritus, alites miniſtri tui, in ſupernis orbibus non interruptis te hymnis & perpetuis pręconijs concelebrant. Eum Hominẽ cum ex limo terrę erexiſſes oſſibusque & nervis carne & ſanguine cõpactum in formã decoram ſtatuiſſes, ſpiritum illi vitalẽ ad imaginem tuã inſpiraſti, ut rationis divinę compos muneri, ad quod ipſum deſtinaveras, ſatisfacere poſſet. Ne vero abſoluta virtus coactâ velut bonitate te coleret, malum ille vitandũ, bonumq; ſequẽdum propoſuiſti, ut electione habitâ voluntate ſuâ te coleret. Ille v. tantorum donorum particeps, tãtis à te ornatus muneribus, in viâ Pietatis nõ ſtetit, ſed cõſortem thalami, quã ipſi addideras deceptam à Sa-

tana

tana ſecutus, ipſe quoq; prolapſus eſt, & cõtemtis monitis edictiſq; tuis mortẽ prę vitâ elegit; in cujus poteſtatem õe genus poſterorũ ſuorũ ſecũ pręcipitavit. Jã inſtabant ultrices ęternorum ignium Pœnę; jam vitali horto ejecto nil niſi crudele lethũ undiq; imminebat, Miſerta eſt operis ſui Clementia tua & miſerum miſerabilemq; mortalem cõſolata, ſemini ejus victoriam Serpẽtis pollicita eſt. Stetit pater generis humani ſpe venturi Ultoris, & Fidem poſteritati tradidit, quâ levati ſanctiſſimi Patriarchę erexerunt cælo capita & juſſum tuum ſecuti Eccleſiã collegerunt in medio populorum, quę per ſpiritum ſanctũ fota atq; illuminata deſcendit ad uſq; ea tempora, quib. apparuit SILO ꝓmiſſus Salvator humano generi. Cum inperſcrutabili cõſilio tuo annorum longa ſeries adventũ ejus pręceptura eſſet, Populum tibi propriũ de Sanguine dilecti tui Abraham conſtituiſti, quem Ægyptiorum tyranni cum duriſſimo ſervitutis jugo opprimerent, forti potentiq; manu in libertatẽ aſſertum per deſerta longo itinere patribus promiſſę terrę induxiſti, ut in optimâ fertiliſſimâq; mundi parte opib. & pietate florens, à te traditam legẽ obſervando beatè feliciterq; hîc vitam duceret, eaq; abſoluta in ęternum tecũ gauderet. Dediſti ergo in deſerto Legem tuũ populo tuo Iſrael per ſervum tuum Moyſen, quę quoniam obſervari ſecundum juſtitiam atq; voluntatẽ tuã nõ poterat promiſſis inſuper venturi filij tui ſanctos tuos conſolatus es, ut quoad poſſent ſecundum pręcepta tua viventes, Spe Redẽtoris cętera ſupplentes, colligerentur in tẽpore ſuo ad Patres ſuos. Venit tãdẽ rato & cõſtituto à te tẽpore FILIUS tuꝰ in mũdũ, & HOMO FACTUS EST. Verſatus eſt SOL in medio tenebrarũ, & tenebrę ipſũ non

agnoverunt. Quos ut pullos ſuos gallina alis expanſis in vitam æternam congregaturus erat, ab ijs elevatus & ligno Crucis affixus eſt, ut impleretur ſcriptura, Ut ex alto ad ſe vocaret quicunq; à Patre ipſi dati erant, quorum nec unum quidem perdidit, ſolo exempto filio perditionis, ut fatisfieret Prophetię. Hic lege divina ſua & immaculata obedientiâ expletâ Schedam quæ contrà nos erat cruci affixit, Carceremque Stygium triumpho cæleſti ſubiugavit, Eduxit in vitam moriendo ex inferorum abditis animas Sanctorum, iſque comitatus ad Patrem te Omnipotentem ſuum noſtrumque reverſus eſt. Hic ſalutem æternam, hic amiſſa primorum prolapſu parentum dona tua reparavit non populo ſolum tuo quem tibi elegeras, cui ceremonias venturi Salvatoris typos tradideras, ſed omnibus terrarum incolis. Exorta eſt nimirum SALUS gentium de monte Sion quem Dominus ultra omnes colles dilexerat; & expanſis ſalutiferi Evangelij dogmatis Nationes omnes invitavit ad Beatitudinis conſortium. Primum nato Regi extremi ferè hominum Idololatræ & Siderum adoratores dona tulerunt, confeſſi agnoſcere ſe ſtellam ejus, qui in vilibus modo cunis parvoque fæni faſce cubans, omnium cælorum imperium teneret. Hæ primitiæ gentium fuerunt, hæc dona ſignificarunt nullum excluſum iri mortalium ab eo qui pro omnibus moriturus erat, modo fide verâ & conſtanti amplecteretur JESUM, cujus nomen ſalvificum gentibus poſt mortem & reſurrectionem à mortuis tuba Apoſtolicarum prædicationum per omnem mundum in ſalutem credentium propagavit. Hinc exorta ſunt beatiſſima tempora cum immmemorabilia

bilia millia ſanctorum devotorumq; martyrum ſanguine ſuo fidem conſecrarent. Nulla tyrannorum perſecutio, nullæ fraudulentorum Idololatrarum inſidię contra potentes fuerunt; Spiritus nimirum Sanctus traditam ab Apoſtolis charitatem, Spem, Fidem, dilectionem vivam Dei, in pectoribus mortalium electorum obſignaverat, ut mortalia omnia contemnentes, caduca omnia conculcantes, ſoli Deo mente affixi potirentur per tormenta Paradiſo quem peccato primorum parentum amiſerant. Hæc initia Eccleſiæ ſanctæ poſt Meſſiam fuerunt, hæc ſecuta poſteritas angularem lapidem Fontem verum Salutis oculis indefeſſis aſpiciēs, enavit mare hoc turbarum immanium & Pharum luciferam æternæ Salutis perpetuum domicilium tamdem appulit. Venerunt deinceps prædicta, ab initio & ab Apoſtolis velut penicillo præpicta, tempora quibus in ſacram Dei ſedem Babylonem ſuam Antichriſtus intulit. Hic ventri & gulæ omnia convaſans, in Imperia Regumq; patrimonia & colla principum terræ pedem intulit, incredibilibus & pluſquam-Satanicis fraudibus viq; armorum & Potentium mutuis excitatis odiis ſtabilivit in ſeptem montibus Aulam potentiæ ſuæ. Hinc ſervire auro omnia cœperunt, bacchatuſq; per omnem Europam ferè ſuperſtitionibus filius perditionis adeo Chriſtianam Relligionem conſpurcavit, ſuiſque perditis & avariciæ ſoli ſervientibus Canonibus edictiſque ſubhaſtavit, ut viva vox Dei Verbum ſalvificum, cui fundamenta æternæ ſalutis ſoli tradita erant, & in eo ab innumeris Prophetis, Apoſtolis, Martyribuſq; agnita, & de manu in manum per plurima ſecula tradita, ferè penitus obſoleſceret. In Cathedris docen-

tium non jam lætiſſima Evangelii divini vox peccatores ad meliorem vitam, remiſſione per Sanguinem Agni immaculati oſtensâ, vocaret. Sed anilibus Monachorum fabulis omnia perſonabant; non precibus non votis ardentibus inſtandū coram Deo prædicabatur, ſed ſubducta prorſus Salvatoris amabili facie, quæ ipſo adſpectu ad ſpem melioris vitæ erigere poterat, inductæ ſunt larvatiles monachorū effigies, ſui cuique ordinis præſides adorandi exhibiti, ut eorum meritis impetranda Dei miſericordia cenſeretur, qui ipſimet pleni ſordibus & ſpurcitie veram lucem aut non viderant, aut operum ſuorum fiduciâ malè confidentes amiſerant. Nec defuit tamen ſuis Clementia omnipotētis Dei, quam parvo etiam agmine gregem tamen ſuum ſuam ſibi Eccleſiam Chriſtus conſervavit in mediis tenebris. Nulla enim ætate, nullis annis defuerunt, qui palam Romanæ ſe Babyloni opponerent, nullum ſeculum viris à Deo inſpiratis caruit, qui frōtem adverſam tot deliris & fœdis ſuperſtitionibus obverterent. Hinc tot monumenta illuſtriū ingeniorum hoc potiſſimum ſeculo renata ſunt, ut videre clariſſimâ luce valeamus numquam ſuis clemētiam Divinam defuiſſe, tot inquam monumenta ſanctorum hominum in mediis tenebris lucem amplexorum, ut ipſi Catalogi nominum ingentia volumina confic[illegible]. Evolutis his etiam ſeculis clariſſimâ tamdem veritate os exſerente Omnipotens pater cum omnibus larvis lemuribuſq; ſuis Meretricem purpuratā detexit; Reducta Concio ſuaviſſima ſacroſancti Evangelii ſolum adorandum ſolū amandum, colēdumq; nobis Deum Patrem Filium & Spiritum Sanctum propoſuit; Conciſa atq; averſa ſunt, eruta atq; evulſa ſunt animis pio-

rum

rum vincula abſonæ ſuperſtitionis, nõ auro non murmurationibus fictarum & nõ intellectarum precum, non proceſſionib. anniverſariis, nõ cultu Statuarum, non Sanctorum adorationibus, non excogitatis corporum tormentis, non ad loca olim ſacra peregrinationibus, nõ venerationibus præditium Præſulũ, non ipſius omnium malorum Principis indulgentiis, Salus jam quæritur; SALUS noſtra in merito JESU CHRISTI quæritur. Apparet denuo inter multorũ millium aſſultus & mortiferos morſus æneus ille ſerpens in venturi Meſſiæ typum à Moyſe erectus, cujus adſpectus interire eos non ſinit, q licet peſtifero vulnere tacti, hæreant jam in confinio mortis, mori tamen non poſſunt, quia pro iis mortuus eſt is, cujus mors mortẽ triumfavit, cujus paſſio æternam ſalutem fidelib. peperit. Inter hos ego, ô Omnipotens & clementiſſime Pater Domini noſtri JeſuChriſti, ô Sola ſpes eorũ pro quibus mortuus es, JESU CHRISTE, ô Sanctificator eorũ qui vitæ æternæ deſtinati ſunt, SPIRITUS SANCTE, una vera Trinitas, adorata & culta ſanctis Patriarchis, Profetis, atq; Apoſtolis, Martyribus atq; Confeſſoribus, ad genua miſericordię tuæ provolvor, imploro clementiam tuam, Benignitatem tuam poſtulo, Conſolationem tuam ſitio; Confiteor tibi, Clemẽtiſſime Deus, à primâ me pueritia multis peccatis inquinatũ viã veritatis tuæ nõ tenuiſſe, aberraſſe à veſtigiis ꝑceptorũ tuorũ, ſecutũ errores patrũ jam inde ab initio mundi, quorũ ſi delicta numerare tu voles. nemo juſtus corã te umq̃ exſtiterit. Confiteor, inq̃ plurimis me modis contra divina tua mandata tam voluntatę quã impotentia peccaſſe, Confiteor meritum me eſſe, ut frontem ſalutarem tuam à me avertas, Confiteor

meritum

meritum eſſe, ut quoniam tuo verbo inobediens fui, à te viciſſim negligar, Sed confugio ad immenſam miſericordiam tuam, cui nullum umquam delictum non remiſſibile fuit. Confugio ad viſcera benignitatis tuæ, reſpice & reduc ad caullas tuas errantem. Tu Manaſſem poſt innumeras populi tui perſecutiones, tu Davidem poſt immanem cædē adulterio junctam, tu multa millia immò innumerabiles myriades peccatorum ad te reverſorum ſub alas tuæ recepiſti miſericordiæ. Miſericordiæ inquam tuæ cujus nullus eſt terminus; Reſpice, ô Jeſu, latus tuum ferro transfixum, reſpice caput tuum ſpinâ coronatum & convulſum, reſpice manus pedeſque tuos clavis transfixos, Reſpice omne tormentorū genus, cui te tam pro meâ quam omnium in te Credentium ſalute expoſuiſti, & preces has meas ſuſcipe. Non opus eſt ſpeciatim enarrare tibi inimicorum meorum technas, quibus caput meum impetunt, noſti ipſemet, noſti ô Jeſu, molitiones eorum, tu introſpicis fundamenta rerum, tu vides quod odio me immerito (ſi enim peccavi tibi peccavi ô Redemtor, tuum eſt ulciſci, tuum vero etiam miſereri) proſequantur. Tibi notum eſt tibique ego hoc queror, quibus artibus ſenſus meos intorquere voluerint, quibus artibus jam eouſq; in me invecti ſint, ut cogitationes etiam meas corrumpere & vigilanti ſomnoque ſoluto ea aggerere poſſint, quę neque animo à me umquam concepta ſunt, multo minus uſu exercita. Non hæc ideo tibi queror, ô ſola ſalus mea, qui me etiam peccatorem numq̄ deſeruiſti, ut mundum me in conſpectu tuo faciam, Clementiſſime Deus, in conſpectu tuo omnis humana mūditia ſpurcitia eſt, Sed ut conſcientiam meam liberem coram te ac-

te accuſando eos qui animam meam quærunt. Vides, clementiſſime Deus, qui omnia vides; ut capiti meo ſubjectis cogitationibus maligni inſidientur, ut emiſſariis malis abutentes, undique me circumſtrepant, ut vigilantem dormientemq; ſenſibus movere & ad ignominiã confuſionemq; perducere poſſint. Omnipotens æterne Deus, Omnipotens æterne Deus, ne ſine dominari in me filios tenebrarum, ne permitte ut artibus malis me à te ſeducant. Ne concede Spiritui maledicto ut me à te avertat; Quod ſi ſeries peccatorum meorum immenſa ſit, quod ſi omnes inferorum portæ me à te divellere laborent, tu tamen dixiſti, tu nihilominus juramento ſanciviſti non prævalituras inferarum portas, Te eum eſſe ad quem venientes Peccatores conſolationem veram recipiant. Ne deſere me Deus in poteſtate inimicorũ meorum; ne concede ut ficticiis eorum conviciis fides detur ad opprimendum me, qui ſi peccavi, ut peccavi, tibi ſoli peccavi; ne obrue fumigans linum quod Conſervaturum te & in lucem pleniorem illuminaturum ſpopondiſti. Fateor, ô Salus mea JESU CHRISTE, fateor immenſa eſſe peccata mea, fateor me meritum eſſe iram tuam æternam. At tu ne abſconde à me oculos Miſericordiæ tuæ, da ut liberatus malignorum inſidiis, liberâ tibi deinceps mente ſervire poſſim: Ut quod vitæ reliquum eſſe vis, (quoniam in ſolius manu tua dies mei ſunt) Id totum divinis ſtudiis tuiſque myſteriis perſcrutandis tuæque veritati tuæque miſericordiæ magis magiſque ediſcendis atque concelebrandis vacare poſſim. Fixum eſt animo meo, ô Clementiſſime Pater, his emerſum malorum undis tibi ſacriſque tuis literis me totum conſecrare, abiicere

omnia

Digitized by Google

omnia mundana impedimenta, Faſtum, ambitionem, quæque alia ſtulticiæ humanæ innumerabilia inſtrumenta ſunt, proiicere; ſolum autem Eccleſiæ tuæ deſtinatum perpetuis orationibus vacare, Ut ſi qua in me dona contuliſti fænerer iis aliorum commoda, inſiſtam pro viribus contemnere nocua ſaluti meæ, anhelare ad ea quæ me tibi ſiſtant, ut vitam hic vivens quoad potero à turbis atque peccandi occaſionibus ſemotam, tandem eâ exſolutus tibi recedam, in te componar. Hæc ſpes hæc fides parentum meorum ipſorum mihi manib. tradita ne ſine in me deliqueat, Da, ô miſericordiæ fons unicè, benigniſſime peccatorum receptor, tranſeam pelagus hoc ærumnarum, tranſcurram ſtadium hoc triſticiarum non reſpiciens ad ea quæ ponè vel juxtà me ſunt, iis ſolis intetus pergam quæ ante me ſunt; Da vincere tentationes Maligni, ne ſuccumbam furiis ardentibus, aut dolis clandeſtinis. Quæ gratiarum actiones, quæ laudes ſufficere ſervatori meo poſſint qui præcipitem in interitum, reduxit in vitam; Nimirum charior Deo meo quam mihi fui; hinc apparet in media morte non negligi à Salutis auctore eos, qui ſe ipſos negligunt. Fateor pœnituiſſe me peccati antequam fieret, fateor non quæſiviſſe adeo malum, quin bonum præferrem, tua tamen laus omnis, tuum beneficiū, tua gratia eſt. Paullo enim ſpacio ad nocendum inimico dato, ingens ipſi janua aperitur, ingens prærogativa ipſius malignitati naſcitur ex inclinatâ voluntate peccatoris. Non invitanda peſſimi ſpiritus potentia eſt, ſemel datâ feneſtrâ in malum omnibus viribus naturæ corruptus ardor provehitur, Quo favente conatibus ſuis Spiritus Homicida facile in affectus omnes dominatur, te

manum

manum ſalutarem & adjutricem ſubtrahente, ô parens miſericordiæ. Quod ſi in hanc quoque partem peccatum mihi eſt, ut ultro obviam malo meo ire, nõ tamen idcirco de ſalutari tuâ, quam dixi, benignitate, deſperabo. Abſque omni dubio quoties voluntatem meam in latus avium à Salutis æternæ contemplatione inclinare permiſi, imminuit truculentiſſimi perſecutoris peſtilens furor, & lapſabundum impellere non deſtitit; impuliſſetque certiſſimè niſi penitior vis miſericordiæ tuæ conatus ſanguinarios impediiſſet. Subit nunc momentum illud horæ triſtiſſimæ, quo ſpe procul poſitâ opem tuam tamen manifeſtiſſimè ſenſi; non ut ſentire ſolent qui ſpirituali ſaltim conſolatione refoventur; ſed manu velut manui injectâ præſentiſſimus auxiliator contra nitentem eripuiſti tenebris circumvolantibus. Merſus jam eram undis noctis denſiſſimæ, jam pede altero cymbam fatalem premebam. Exorta ſubito lux feriit oculos ferè in morte natantes, Renatus ante ſum quã obieram, Vitam recepi prius quam lethi vim ſentirem. Proximus æternæ nocti procul me ſalutari luce reducens, illuc tamen retractus ſum, unde decurrebã, detentus ſum inde, quo ruebam. Non poteram propior morti eſſe, cum in media me vitâ poſitum admiratus ſum. Inter indubitabile lethum, jam deſperata lux vitalis auræ revignit. Summa maximaque res hæc eſt, oculis meis mirabilis à Domino confecta. Hoc eſt oſtendere eſſe ſe Vitæ Necisque arbitrum, nihil non in manu ſuâ habere, qui interitum Salute, Occaſum novis vitæ incunabulis mutare poteſt. Verum enimverò licet jam vitæ reſtitutus merito meritoque triumphem & nomen glorioſiſſimi Salvatoris mei celebrem

In

Digitized by Google

in vitâ tamen reſtitutâ mortem etiam obii præſentariam. Simul enim ut reprehendit me vitalis vigor, mortuus ſum atque funere extremo elatus. Elatus nimirum è mundo, abſolutus atque abſtractus, ereptus atq; evulſus è curis humanorum laborum, Mortuus verè quantum eam vitam attinet in quâ vita nulla eſt. Glorioſiſſimum nomen Salvatoris ſit benedictum in omnia ſecula; perculſo animo tenebris inhiantem, Vitæ æternæ immiſit, ſpem labantem erexit, lapſam Fidem reſtituit; Caduca gloriæ, hoc eſt vitæ illius appetentem, quæ vita mortalibus cenſetur, mors vero ipſa eſt, mori fecit ne porro tot ſpurcis fædiſq; rerum colluvionibus immerſus, infanda in morte, vitā quærere pergerem. Mortuus igitur ſum mundo; mortuus vanis ſecularium literarum ſtudiis, quibus à puero deditus Gloriam famamque inter Scriptores frivolarum nugarum animique incaſſum ſe excruciantis tormenta quæſivi; mortuus ſum Ethnicæ Sapientiæ Stoicorum Platonicorumque deliris & erratilibus concluſionibus & argumentationibus; non quæro jam adverſarum rerum lenimen & Fortunæ palantis contemtum in Conſolationibus Senecę, Barthii, aliorumq; talium quos nominare jam piget; quoties intonuit æther non confugio ſub vili arundineto contexta humanæ Sapientiæ tecta, non innitor cannæ paluſtri, cum gravedine caput occupatum ſequitur ſua membra deorſum, non vanis anilibuſve Poetarum laſcivientium choris temporis mihi dati immaturum tædium eximere connitor. Valeant Sirenes exitio ſequentium dulces, Valeāt ludibria perculſarum mentium, quæ raptu quodam turbidæ in diſtinctos certis legibus numeros deliræ mentis conceptus variabiles egerunt

egerunt atque expellunt; Non eſt Chriſtum jungere Muſarum Idololotatrantium Choris; quicquid honeſti iis ornamenti cultuſq; divinis ſcitis non contradicentis ſupereſt, id legitimo bonoq; more ereptum conſecrare myſteriorum divinorum concentibus & dilaudationibus ſalvificantis Dei oportet, ſed eâ ratione modoq; ne à ſcopo vagi atq; errantes in diverticulis obhæreamus,& ſolliciti de ſcitamentis verborum & numeris ſcitè cadentibus,eos ſequamur à materia divulſi. Non eget ornamentis ſecularium litterarum divina eloquentia aut eruditio; voluit tamen Majeſtas ſanctiſſima hæc quoque muneribus ſuis adſcribi, ita tamen ut famulétur regulis ſcitorum infallibilium, non ineptos ſuos Canonas ad imperandum eloquii divini ſimplicitati inferant. Melius omnino omnia iſta,quæcunq; nobis fronte, quocunq; lepore, arrideant,contemnuntur,proiiciuntur, cõculcantur, quàm ut vel minimâ nos Voluptate & blandimento vacillare in ſtrictim ſequenda Veritate faciant; Plurimos ſanè his facetiis irretitos abſtraxit ſenſum à ſerietate cæleſtium ſpeculationum inimici atrox aſtutia. Conſcientiam nimirum lepidę florentiſq; naturæ uſqueadeò tollente & inflammante plauſu vulgaris & eruditæ etiam hominum Coronæ,ut ſuis ſibi deliciis placentes non mollem,ſed aſperam, non facilem, ſed horridam,non planam,ſed ſalebroſam, non pronam, ſed arduam,non latam, ſed arctam, non brevem, ſed lentam longamq; ſemitã Vitæ æternæ amittant. Turpium atq; mollium auribuſque placentium rerum in mortalitatis hoc curſu maxima affinitas eſt.Quicquid dulce eſt,niſi temperabis,torminibus hauſtum te differet; Prona in mare è fluvio via eſt, nullo remigo

opus eſt, facile per rivum vel jucundiſſimum in abyſſum intermini Oceani auferetur,qui ripam opportuno tempore prendere nō noverit. Cavenda dulcedo eſt cujus extrema amaror occupat, Venenum in cauda gerit qui ore ſerpens blanditur affectato. Itaq; potius quā ut auferar Voluptate litterarum ſuaviſſimarum intuitu primo,ſed ad extremum perditè acerbarum, planè eas deſeram. Nec jam in iis verſamur ut byſſi aut purpurę telis tabernaculi veliq; ejus lacinias ab exteris peregriniſq; inſtitorib. coemtis ornemus; Ceſſarunt jamdudum Ceremoniæ,Everſum cum ritibus ſuis ſacrificiiſq; Templum eſt legale. Apparuit enim terris & de Virgine nobis cognatus eſt q typos omnes ſuâ præſentia extinxit; in cujus Vitam proque nobis Obitum omnes veterū prædictiones collimarant,in cujus unius adventum omnium retro ſanctiſſimorum hominū ſcripta conſtiterunt,is nobis Chriſtianâ ſimplicitate ad ſe viam affectandam præcepit, Is veſtigia nobis ſequenda tam altè ſemitę cæleſti impreſſit ut nequaquam,licet extrema caligo oculos occupet,ea videre nō poſſimus. Simplicitati vero quam Columbæ nobis effigię præſcripſit,ſerpentinam aſtutiam ut jungamus præcepit; ſerpentinam ideo aſtutiam ut cavere nobis à malis antiqui ſerpentis artibus queamus; Itaque ſimplices in curſu vitæ,ſimplices in converſatione,cum proximis noſtris,ſimplices ſimus in ſpe, fide, oratione, gratiarum actione perpetua ergà Deum. Quo ad Dæmonis impiati millevarias atque inextricabiles machinationes, arteſque nequaquam facile cavendas, oculos mentis acriter intendamus,hoc agamus ut undique circumeuntis Leonis & exitio noſtro imminentis, rictui opponamus blandiſſimam

diſſimam miſerantis JESU faciem, lætiſſimum ad alta adſcendentis triumfum ſequamur; cum rabiat fruſtra vel in terris vel in inferi aeris regionibus trux Leviathan; nos vero corpore nondum egreſſi, nondum vinculis corporeis exſoluti, huc aſtutiam ſerpentinam dirigamus, ne qua inſit clypeo noſtro ſciſſura, ne qua thoracem rima diſſicet, quo magis penetrare ſpicula furioſi latronis poſſint. Non in hoc aſtuti aut ſagaces ſimus ut per omne genus gentilium librorum redeuntes condamus frivolarum nugarum commentaria, locupletium ingeniorum curis ad opera perditi acuminis abutentes, non nectamus tortiles Sophiſticarum concluſionum nodos, ut aliorum ſtudiis illudentes, ipſorum nos inſcitiâ majores faciamus. Non vanis dierum electionibus, non numerorum collectionibus, non radio in pulverem cæleſteis formas exſcribente tempus à Deo nobis ad cultum nominis ipſius curamque ſalutis noſtrę conceſſum, conteramus; Sed ſimplici planâque ad CHRISTUM Chriſtianâ eruditione contendamus. Seculi ſapientia ſtulticia nobis ſit, quoniam CHRISTI Sapientia, hoc eſt Crux ſalvifica, quam ſolam ſe noſſe jactat Apoſtolus, ſeculo inſipientia eſt. Curramus ad ſuam quiſque metam, non reſpicientes aut contemplantes eos qui juxta vel ponè nos properant; ſed amore coronæ quam eminus videmus, contendamus ad id quod nobis Salus æterna propoſuit. Non morantur viatorem ſtrenuum undique occinentium cicadarum ſoni; non impediunt vel ſuaviſſimi aviculariorum ſub auroram ſeu Veſperū concentus, quin faſce ſuo gravatus maturè in diverſorio eſſe vel cum primis

velit. Non indelectabili laborem vitę gaudio ſolantur ſuaviſſimi litterarum cultus, ſed cum moram currenti nectere, vel ad hoſpitium patriamque contendenti obeſſe incipiunt, prorſus abiiciendi conculcandique ſunt. Nulla in orbe rerum mortalium res tam pretioſa eſt, licet ab ipſo Omnipotente bonorum omnium largitore uſui & delectationi conceſſa, quæ ullo modo SALUTIS ÆTERNÆ conſideratione alicujus momenti eſſe debeat cenſeri. Quid enim omnis rerum ordo omnia cæleſtia humana atq; mundana cætera habere poſſunt quod cum unica gutta SALVATORIS CHRISTI ſanguinis componi aut comparari valeat? At pro SALUTE mortalium ille mortem ipſam appetiit, quam oppetere non poterat niſi HOMO fieret. HOMO factus Juſtitiam æterni Patris placare non poterat, niſi mortem obiret, FACTUS igitur homo eſt, & mortem oppetiit. Hæc Sapientia noſtra eſt, hanc ſtudeamus, in hac dies noſtros ad finem uſq; vitæ exerceamus; huc ut nos admittat Cuſtos divinarum rerum Fides continenter oremus, vigilemus in bonis Operibus, quiſq; alterum excellere cõnitamur ut gaudens certamine ſibi placito Clementiſſima Trinitas ad nos habitatum deſcẽdat, Spiritus nos ſanctus ſanctificet, ut mundana omnia relinquamus, cõſpuamus quæ pretioſa credidimus, pedibus proteramus divitias, gloriã, ambitionem, Voluptates, Odia, Mortẽ deniq; & cruciatus Vitæ innumeros adverſæ Fortunæ variabiles ictus, quibus nos ideo ſubdidit DOMINUS ne pleni bonorum cornua Numini ipſius obvertamus, & parum de futuro ſolliciti curis quotidiani victus, & luxui ex rerum abundãtiã nos mancipemus. Mortuus igit ero deinceps & litteris, quidquid

hiſto-

hiſtoriarum, carminũ, Tractationumq; ad res frivolas comparatarum in pluteis latet, occludatur omne aut foras protrudatur, ſubeant ſanctiſſimorũ Patrum conſiderationes, qui cum corpore mentem emovere non poſſent, hactenus tamen incluſam eam habuerunt, ut cæleſtium rerũ perpetuæ ſpeculationi intenti, non minus ſpe Fideq; in futuris jam eſſe, quam membris ſolo affixis in terris morari probati ſint. Hæc nos non docent deliria plexibilium ſyllogiſmorum, non Paripateticorũ rixis diſtortæ Scholæ, non Stoicorum Arx illa Conſtantiæ nomen fruſtra ferens, non ſuavis Platonicorum altercatio, nõ quicquid libris conditũ aut à Magiſtris enarrat, aut à diſcipulis ærumnoſo labore inquiritur. Spiritus Vivificans Dei, Spiritus bonorũ donorum dator, Spiritus Eccleſię congregator, Spiritus Abba verum in cordibus noſtris ſonans hæc nos docet, hęc enarrat ipſe, ipſe nos his inſtructos genibus demittit ut ſublatis manibus orare perſeveranter poſſimus, ut ne turbetur paullum illud Fidei quod in nobis eſt, ut linũ fumigans non exſtinguatur, ſed ut ad finem uſq; ſervati adorantes NOMEN DOMINI DEI ſalvemur tamdẽ, & extremo judicii die ad voluto æternæ Salutis illam benedictionem audiamus q̃ ad Latus nos dextrũ conſtitutos cum Agnis Agnum immaculatum ſequi jubeat, & abſtergens peccata noſtra etiam ſanguinis inſtar rubentia, nitore nos niveo imbuat, nitidatoſq; candidis ſanctorum choris inferat. Mortuus ergo & litteris ſum ſecularibus, mortuus oĩ humanę Sapientię, ut te ſolum, ô Chriſte Jeſu, colam, ut te ſolum adorem, te unum ſtudeam, te diſcam, in te ſpem omnem meam deponam, tibi à mundanis curis ſecedam; tibi vivam, mundo moriar; Vixi hactenus

mundo, noſti Domine Jesu, vixi hactenus mundo, vixi deliciis ejus, vixi tamquam æternum moriturus, non magnopere ſollicitus de futuris, præſentium rerum Voluptatibus me immerſi. Nunc, rogo per ſanguinem tuum, per victimam te pro peccatis noſtris in crucis altari Patri oblatam; da versâ ad te unum viâ me componere. Da ſollicitus ſim de ſolis futuris, ſpernam pſentia, amplectar ſecutura. Voluptates omnes ſpernam atq; conculcem, Vivam ut mortuus, moriar quotidie ut tecum in æternum vivam. Christe Jesu pro me mortue, pro me reſuſcitate, qui ſedes ad dextram Dei Patris, patronus redemtorum per vulnera tua, per mortem, per ſanctiſſimã reſurrectionẽ tuam tuere me, ſuſcipe me, defende me, munda atq; purga me tibi, redemiſti me Domine Deus Veritatis. Promiſſa tua decipere non poſſunt tu ipſa Veritas es, tu in me miſero non mutaberis, non mutaberis Domine Jesu Tuum non eſt mutari. Tu Salvator humani generis es. Tu nõ propter juſtos, ſed propter peccatores mortuus es. Mortuus es propter peccatores. Nõ vero Paullus minor me erat qui maximum ſe peccatorem confeſſus miſericordiam tuam obtinuit. Largire mihi, Domine Jeſu, id quod nulli umquam à te petenti denegaſti, Largire mihi, Domine Jeſu, aditum ad te, Conſolare me pro quo mortuus es. Tuere me pro quo reſurrexiſti tertia die, aſſere me tibi pro quo cœlum aſcendiſti. Da mihi Spiritum Sanctum tuum qui ineffabilibus gemitibus te adeat, te adoret Abba illud divinum tibi offerat. Non eſt opis in pede volentis curſoris, non in femore valentis viri, ſed in ſuccurſu miſerantis Dei. Amove à me nimium jam propinquas Diaboli inſidias, reiice latrantem meque rictu

aperto

aperto invadentem canem; opprime os conviciis ſcatens, falſum vanumque latronis acervum mendaciorum conturba. Fac quiete me in meâ dormientem tibi ne turbet, ne diris atque horridis imaginationibus me illudat, ne peſſimis conviciis ad iracundiam tibi diſplicentem ipſi hilarem gratamque commoveat. Per viſcera miſericordiæ divinæ quibus nos viſitaſti Heros verus Oriens ex alto, Domine Jesu, ſuſcipe me in manus tuas, ne concede ut ludibrium Satanę ſit Creatura tua tuo pretioſiſſimo ſanguine redemta; quæ ſi erravi ut erravi, ſi ſtulte feci ut feci; numquid majores mei, numquid ſancti olim cordatique viri, numquid omnis tibi Charorum hominum chorus vel minus vel rarius peccavit? Numquid non ſub peccato omnes concluſi ſumus ut tu omnium unus Salvator ad te accedentium miſerereris? Si itaque Veritas ipſa es, ut revera es, Es Veritas Ipſa, Domine Jeſu, non velle te mortem Peccatores, ſed ut ad te revertatur & vivat; tu, tu, tu, dixiſti, Ecce me qui mori nolo, qui tecum vivere volo; Ecce me, Domine Jeſu, revertor à viâ Errorum, Ecce me qui feci mala, ut ſaner ad te Medicum animæ meæ revertor. Ita Vivo, dixiſti, ut nolo mortem Peccatoris. Multa ſecula ſunt cum vox tua iſthæc neminem decepit, neque ullum umquam ad te venientem decepturа eſt. Mene igitur ſolum me Domine Deus Veritatis, fruſtrabitur? Ecce ſupplicem, ecce reverſum ab erroribus, ecce totâ mente tui cupidum, ecce conſolationem opemque tuam flagitantem, Ecce tibi ſe deinceps conſecraturum. Da firmitatem deinceps propoſito; Jam vero miſerere, nec tentationem diaboli ultra graſſari patere,

quam imbecillæ vires meæ & fracta fiducia ſuſtinere & tolerare poſſint. Unum te habeo cui quid me fiat narrare debeo & poſſum. Vides artes non bonas quibus impetor, vides non ſonum non horrorē, ſed ipſas inimici voces noctu diuq; auribus meis obſtrepētes. Vides immanem belluā nulli momento mihi nō imminentē, jamq; adeo cogitationum mearū non ignaram, non mihi magis q̃ tibi illudere, qui ut te colam hominem me humana ratione præditum vivere tibi voluiſti. Per vinculū ſacroſancti Baptiſmatis tui quibus in tuorum numerū receptus ſum, oro te, Domine Jeſu, averte à turbatis ſenſibus meis aſſultus iſtos vaferrimi nebulonis, Per myſterium ſacroſanctæ paſſionis tuæ, quo me pereuntibus exemturum promiſiſti, modo te accederem, comprime jam diuturnos aſſultus jam longarū dierum ſpatia emenſas hominū malignorū inſultationes, ut meâ me quiete frui, tuis me vacare lectionib. non impediant, ſināt me dies meos, quos ipſi neq; cōtrahere neq; extendere poſſunt, ſine nutu tuo, neq; adeo ærumnis affligere, quiete mea ducere. Non deſidero ipſorum conſortia, nō cupio neq; volo ipſorū ſtudiis aut occupationibus alienis à meis, turbas dare; ipſi viciſſim meam mihi quietem meam partem vitę hujus non invideant; ſive malis ſive bonis auguriis res geram tibi ſoli pecco tibi ſoli bene vivo, tibi ſumma rerum mearum redit, ô Domine Jeſu, ne ſine abſq; effectu hāc orationem decidere in vanum. Non neſcio ſæpiſſimè me animo anxium ſæpiſſimè te quoq; appellaſſe. Nullo umquam tempore non affuiſti mihi, nullo umquam tempore non exemiſti me ærumnis animum torquentibus. Nunc quoq; miſerere, miſerere mei Domine JESU.

XII. Qui

XII.

Qui Politicarum rerum Imperia, imperioſaſque conſiderationes, (quoniam aliarum jam auctoritas penitus eviluit) eo redigere norunt ut Humanitatis juri obligatiores ſeſe vel ſoli ſentiant, vel juxtà cum alijs ſentientes, minus curioſe aut prorſus non diſſimulent, ij mihi minimè omnium & officiorum & Rationis ſpeciatim ad hęc adminiſtranda indultę, oblivisci hodie videtur. Quoçunq; enim Fortuna ſuam flectat Rotam, aut tempeſtas rerum mortalium eventus Virtutis vivæ & internæ rapiant, fixa tamen ea Regula manebit, quæ propoſiti ſui ſecura in illo ſolo omnem ordinem fatorum ad voluntatem ſuam dirigi invenit, adeoq; directam non poteſt non intelligere & diligere, in quo conſideratione Humanitatis ſuę peculiarem & perfectam Obedientiam erga Divinitatem deprehendit. Quæ res cum nequaquam ullo modo negari poſſit, quandoquidem negocium adeo per ſę clarum eſt ut teſtimoniorum productione labefieri potius quam firmari poſſe videatur, non quod Æternitatis regulæ & Lex animis immortalibus arcana neceſſitate infixa, qua ſe ipſam non minus agnoſcit, quam de convulſione rerum ſuarum ſecura eſt, ullo modo rerum externarum quovis caſu percelli valeat, ſed quia craſſa continuorum fulgurum vehementia & ipſá attonitis ſenſibus nubem aliquam prætexere ſolet, ut nimio fulgore confuſa oculorum acies ab ipſo Sole cæcutire diſcit, Supereſt certè ut cujus ſecuritatis fundamentum in rebus divinis fixum habemus, eam Rationis adminiculis cujuſq; ſepiamus, ut nec à nimio fulgere obtúdi, de quo periculum aliquando ut minimum venit, nec ab ulla

poſſit obſcuritate confundi. Quod ipſum cum ægre admodum ſeculo perſuaderi poſſit, qui id agat ut in Tranquillitate Animi oẽm tam Sapientiæ quam Felicitatis Cardinem verti edocere poſſit, nõ minimo mihi opere demeriturus videtur homines bonos ſuique boni amantes, dũ eos ſuę perſuaſioni adſentiri fecerit, adeoq; ut in theatro quodam ſplendidè ædificato, ſed à Solis & Tempeſtatum injurijs nõ ſatis ſecuro, genus humanum brevi quadam diſſertatiuncula allocutus eo deducere ſtuduerit ut in Vno ſummo Bono ipſi acquieſcendum demõſtret, ſummum porro Bonum illud in rebus externis præter titulum ad ipſum parum facientẽ, nihil omnino habere, Situm vero in animi Compoſitione evincat, quæ minime omnium in ulla alia re quam Divinarum litterarum ſcientia cõſiſtere poſſit. Eam autem nequaquam parari ſine Humanitatis Studijs, ad quæ ob id merito Vitę non minus Civilis & Politicę, quam & Scholaſticę & Theologicę perfectio debeat produci, cũm tam Otij Eruditio quam Negociorum exercitatio, tum demũ titulis laudabilibus honorandiſq; cenſeri mereantur, cũ non demant inventam, ſed non inventam condant animo cultoris Sapientiam, amiſſamq; reſtituant, ſi modo amitti ullo modo tale aliquid poteſt, quod cum Tranquillitati ſuæ eximi nullo modo timeat, nequaquam ullum Caſibus aut Fortunæ in ſeſe jus auctoritatẽve relinquit. Ego vero qui neque ingenio neq; eruditione aliquid valeam, cum cartã hanc hujus generis aliquo ſermone implevero, nequaquam quid egiſſe præſumam quod utilitati Generis humani in ulla re poſſit proficuum eſſe, aut numeros Sapientię numeroſiores reddere, quẽ licet diuturnus erga eas litteras quæ à vulgo

remo-

remotiores,& neſcio an magis ideo hodie cōmendabiles, ſunt, alicui earum familiaritati velut intruſerit; procul tamē ab alijs admonendis diſtinet cōſcientia tenuitatis domeſticę,qua judicē irrefutabili contentū mecum deſidere & ſuſpiriis id petere quod alijs non paucis nullo prævio labore contigit poſſidere,id vero fatale mihi,meiq; ſimilibus, quorum ubiq; copia eſt, quare (exiſtimē, cauſæ ſunt quamplurimæ. Quoniam tamen & otiari nunc placet,& paucorum hominū unus homo aliquid à nobis tale poſcere videtur,in iſto et ipſo aleam jecimus,eumq; curſum calamo permiſimus, qui nec æqualitate jam ſua contentus, ubi cunq; poterit premet ſeipſum, & nec errorib. iſtis ſeſe uſpiā opponet quin vago gradu & viam & ſemitā non tam amittat quum pro lubitu evagetur, & ſeſe currentem qualibet ſequatur, Hæc tamen & errandi quædā lex erit, ut quod in cōmune utilitas publica videatur deſiderare,miſceat Felicitati animę,quę in Sapiētia utiq; & Tranquillitate, nō ſine Eruditionis cultu conſiſtit. Principio illud certum eſt, neq; dubitabile unquam fuit eritve, nullam gentem ullo ævo ullis in partibus terrarum repertam fuiſſe, quæ inter ludibria vitæ mortalis & mille quotidianos Fortunæ luſus, non conceperit animo & qua licuerit, factis etiam ſequuta ſit, ſequendumve elegerit præ cæteris omnibus unum aliquod ſpeciale bonum, ad cujus electionem vel natura omnes duxerit, vel educatio traxerit, vel denique mores & conſuetudines vivendi, legeſq; ferrò munitę & præmijs cōciliatæ alligaverint. Quam varia quamque diverſa Legiſlatorum in publicum merita & ſollemnibus formulis concepta ſanctionum carmina conſpicies, videbis ſine talibus & abſq;

ullis

ullis omnino nullas unquam Reſpublicas colligi aut conſervari potuiſſe, horum vero omnium in eo, quamvis alij ſingulorum fuerint privati, fines & deſtinata animo conſilia conſenſerunt, ut conſortia collegiaq; hominum conſociare, ea conſervare in Pace ſecura in bello tuta, utrinque glorioſa poſſent. Hic id mentibus ſuis ſinguli conceperunt, gentibuſque colendum præſcripſerunt, quod perſuaſione ipſorum maximè omnium ſecurum, firmum, ſtabile, & honorandum, Statum ipſum publicum privatimque cives bearet ſingulos. Si ad horum jam qui divinis hujuſmodi viris paruerunt vota ſpectes, licet in commune conſentire vi & Legibus, non raro ſanguine ſcriptis, coacti fuerunt, non minus tamen & pro ſe quiſque animo ſibi præſtinavit Bonum aliquod ſemper, ad quod eniti putaret melius eſſe quam ad quicquam aliud. Nec demonſtratione hæc opus habet inductio apud genera hominum quibus melior Gratia Divina puriorem Rationis uſum reliquit, cum nec inter infinitas illas nationes malis Genijs & Cacodæmoniorum Fædiſſimis larvis quàm hominibus cæteris aliquando ſimiliores, quarum ſecula ab Chriſtophoro Columbo Luſitani Hiſpanique Europæ cognitioni reſtituerunt, ullæ unquam repertæ ſint, quæ vel craſſos illos ſpiritus & quamvis ſub nobiliſſimo aere viventes, turpes tamen furcoſaſque animas, hinc deſtituerint. Adeo aliorum alia una tamen omnium inclinatio ad melius aliquid quam quod quotidie viderent aut colerent, fuit, quamquam vix umquam non ſummam votorum fecerit Vitæ Voluptas, adeo extra Chriſti cognitionem omni hominum generi expetita,

petita, ut quicquid extra Veritatem populorum vivit, Vnam hanc etiam Animis corporum vinculis exutis præſcripſerit, & ipſo Vitæ præſentis contemtu expetendam receperit. Cujus generis immanes Judæorum & Muſulmanorum cum infinitis alijs ſunt Hiſtoriæ, quorum religio etiam ſolutas per mortem animas Venereis & Bacchicis delectationibus ſubmittit; quamquam non hæc ſint ſola viventium vota, quippe Imperandi Ambitione & pecuniarum conſectatione neſcio an non hanc quoque curam ſuperantibus; Quæ quidem peſtes adeo Chriſtianum orbem nunc infectum tenent, ut ex decem millibus etiam eorum qui gloriantur de Fide raro unum reperire poſſis, qui conſcientiam Voto Avaritiæ non inclinet, & adeo prono pectore fædã illam Equitẽ recipiat, uti diſputatione ultra nulla opus ſit quærere inſtar ſummi boni aliquid mortalitatem, cum videamus rem fædiſſimam & in humaniſſimam neglecto Deo, contemtis cultibus morũ Legumque, cõculcata conſcientiâ, ab nobiliſſima ejus parte adeo pertinaciter & quæri & teneri, ut vivi videnteſq; plurimi cum ſperato illo ſuo Bono in æternã perniciem ſeſe præcipites ferant. At verò cum de conſenſu in Peculiare aliquod & Electile Votum Mortalium conſtet, nullo omnino negotio demonſtrari poterit id quod quærunt omnes unum tamdem neceſſario eſſe, utique cum generis humani idem auctor ſit, eadem natura, quamvis & corrupta in omnibus & in alio vix correctior; idem Spiritus, eadem Compoſitio, mors eadem omnibus immineat; unius Formæ una & neceſſaria reſolutio, Merito ergo, & confeſſione omnium, merito in eo convenient

omnes

omnes quod & omnes quærunt, quia qui quærunt omnes ijdem ſunt, & quod quærunt opinantur omnes id eſſe quod quærendum ſit maxime, quamvis ij ſoli ſcopum tangant, qui quoniam omnes exciderunt, eum ducem ſequuntur per ſolam ipſius gratiam, quem errare non poſſe etiam ij coguntur confiteri qui ſequi nolunt. Jam cum hominum omnium una ſit Compoſitio ex conſideratis ſingulorum votis, votum id fiet, ut omnes contendere in id videantur uti quum maximè Felices Beatique effecti, vitam ad votum degant. Quæ ipſa Beatitudo cum una ſit, tantâ tamen perverſitate quæritur, ut quid quæratur ægerrimè dijudicari poſſit. Cum enim anima & Corpus faciant hominem, nec ad Conſiderationem quidem pars nobilior à pleriſque admittitur, ſed altera per ſe fæda, futilis, caduca, laborioſa, emiſſo unico efflatu jam putris & prorſus tabida nihilque omnino, Regnum in conſortem ſuam tenet, illi imperat, illam etiam hac in parte tormentis cruciat, ut conſentire cogatur in hanc quoque partem quod purulenta & defæda illa membra non delectet, elevet, impleat, titillet, aſſiciat, prorſus bonum non eſſe. Quo immemorabili hominum errore irritata divinitas, ut pœnam ſuam in ſeſe ſibi fabricarentur proxima Corporis Voluptatibus Vitia poſuit, quæ quamvis terreſtria, futilia, & incertiſſima ſint, in ipſum tamen animam radices illas venenoſas adeo apud pleroſque egerunt, ut quamvis ſpirituale nihil neque deſiderent neque quærant, Generoſæ tamen Res & Virtutibus agnatæ, immò illæ ipſæ virtutes videantur, quarum Poſſeſſio feliciores cæteris cultores ſuos facere putatur. Talia Portenta ſunt Ambitio,

Avari-

Avaritia, Potentię fames, ſitis Glorię, Et infinita monſtra quæ animas hominum non ſecus ludibrio habent, atq; corporibus inſultant Voluptates, quarum uſus frequentior ipſum illud ægrum textum conſumit, & in nihilum ſuum remunerandi cultus gratia ante diem præcipitat. In horum harumve aliquo qui conſiſtere id quod omnium mortalium intentio quærit, credere poteſt, neque quis ipſe ſit neque quid ſibi alijſque debeat agnoſcere poteſt. Sive enim ſubſtantiam rerum quæ per hæc talia quæruntur, conſiderabit, nullam omnino eſſe videbit. Cum n. vivendi & tempus & menſura rerũ utendarum hominum univerſo generi pręſcripta ſint, quod experientia & eos docet, qui omnino divinę etiam Inſpectioni contradicere audent, qui Honores, potentiam, Opes, & talia pro ſummo Bono quærit, id quærit quod ultra ipſius numeros eſt, neque enim in tuo tempore aut tuis uſib. eſt quodcunq; hoc pacto quęris quippe quod nec Animum tuum inſtruat aut feliciorem ullo pacto ſaciat, nec corpori plus cõferat, quam is fruitur qui ſolis Naturæ bonis contentus ſimpliciſſimè & tamen, imò verè, Genialiter, vitam colit. Hoc quidem in genere ſi ſaperes, quam ridiculus tibi ipſe videreris ſi extrà te aliquando poſitus, penitius te introſpiciens adeo fatuum videre poſſes, ut quia magnis immò infinitis Laboribus id effeciſſes, uti duplici tunica, illo cui ſola ſimplex contigiſſet, oneratior evehereris per manus & ſolio alicui tres pedes eminentiori impoſitus eminus ſalutareris, faſtu & ſuperbia animam illam inflares, quæ Deo cognata, à Deo oriunda, in ſe ſuam felicitatem numquam hactenus quæſiviſſet? Hanc tu corporis ornamentis,

quæ

quæ tamen extra ipſum omnia ſunt nec ad id quicquam prorſus pertinent, niſi quatenus ſtulto populorum conſenſu, Labore & raritate quærentium commendatur, excoli reris? hanc tu plauſu & ſalutatione vulgi beatiorem fieri cenſes? Hanc tu uſq; adeo in ſeſe boni laudandiq; nihil vel reperire vel proſeminare poſſe cenſes, ut in opinionibus de ſe aliorum, nihil aliud concernentibus quam ut nomen & auctoritas in rebus caducis & futilibus tua tuis detrimentis & laboribus increſcat, ut infelicior & inquietior de die in diem factus, tamdem umbratilis tui inſpector oculos pectoris & animæ clauderes, uti titillantis auri ſuſurri & blanda adulantium verba ne unquam auribus tuis deeſſent? Huc vota feſtinant eorum qui partē ſuæ de Felicitate opinionis in Opinionibus de ſe aliorū ponunt, hinc Corpus cultu Colere, mentem ſuperbia inflare, hoc verò rentur quęrendū eſſe, quia multi ipſorum præſumtioni palpentur, hoc magis fatui quo altius turgentem extollunt, donec plane mentem cū corpore humanis ſedib. expellant, ut hic adorandum ſe prębeat gentilibus ſuis, ille cum in terra habitet cælum colere videri velit, & divinos honores non quærat ſed imperet; quo uſque veſaniæ pleroſq; omnes eos veniſſe videmus qui Gloriam ſive bellicam ſive togatam pro Bono ſummo duxerunt. Et hi quidem nobilioris etiā propoſiti meritò & cenſiti ſemper & cēſendi porrò, ſiquidē veritatis judiciū non ſubterfugiemus, præ illis certè qui per fas nefaſq; ſolis pecunijs coacervādis ſtudent quamquam univerſum hoc genus cū infinitis alijs ſectatorib. Vanitatum vel in hoc ſolo prorſus certiſſimi ſint, ꝙ nullo pacto referri ad Felicitatis argumentū poſſe talia non videant,

videant, quæ Fortunæ & Caſibus innumerabilibus expoſita, derelicta velut à Providentia Divina aut eo certè fine tam infinitis malis expoſita ſunt, ut non tam allicere cultores, quam deterrere ſectatores ſuós debeant. Quid enim vanius quam ea expetere quæ tum minimè omnium habeas, cum acceperis, & jam velut poſſideas? Aut ulla ratione imaginari mihi potero hoc à me haberi & in bonis meis cenſendum mihi eſſe, quod ut mecum perduret nec in ipſius nec in mea poteſtate eſt, in ſæviſſimorum vero hoſtium & mutabiliſſimæ Fortunę nutibus ut quovis momento mihi eripi poſſit, & in eum, in quem minimè vellem, conferri? Certè ut ſemper talia non fiant, & inconſtantiæ ſuæ conſtantiam aliquando perdat Fortuna, ipſe timor tamen ſævior amiſſione eorum cruciatus eſt, quæ nullo temporis articulo fideliter mihi ſervire poſſunt. Latiſſimus hic campus in omnium humanorum votorum acervum & ſingulas ſpecies evagandi & invehendi ſeſe aperiat, Ipſa autem ſumma erratilium iſtarum concupiſcentiarum & perſuaſionum futiliū cauſa eſt, quod, cum bonum quid omnes eligamus & perſequamur, quid Bonum ſit pauciſſimi omnium cognoſcant, neq; in eo elaborent quicquam, ut in Animo conſiſtere, Animo quæri, per animi cultum conſequi poſſe quod Stabile, Firmum, Perpetuum, Bonum, Sanctum, & unicum illud ſit quod Felices & Beatos poſſeſſores ſuos facere ſolum poſſit, Ad quod comparata omnia quæ tranſeunt, omnia quæ corporis curam aut Opinionum vanitates ſectantur, appareant vera ſua ſpecie, nempe quod futilia, vana, inepta, ſint, & minimè omnium Bona. Quod enim bonum eſt, certè

G cum

cum bono comparatum, non amittet honorem nominis ſui, ſed quia tale quid eſt quale & alterum, conjunctâ ſpecie paritatis, magis etiam magiſq; lucebit. Jam ſi Animi Felicitatem, firmam, ſtabilem, nullis neque turbinibus, neq; tormentis, neq; ſceleribus læſibilem, perpetuam, æternam, cum Deo victuram, aſpexeris, utiq; hanc Bonam & illud Bonum eſſe dixeris, quod quia ſolum expers ærumnarum eſt, in hac ærumnosâ vitâ quærendum putes, Illam vero contra quam vulgus Felicitatẽ in Honoribus, Opibus, Cultu Corporis, Voluptatibus & infinitis talibus larvis ponit, non ſolum nomine ſuo indignam, vanam, futilem, verum etiam cultoribus ſectatoribuſq; ſuis noxiam, & proinde omnib. modis effugiendam. Quanto ergo Animus, etiã hac corruptione, nobilior corpore, quippe immortalis ideo quia in quod reſolvi poſſit non habet, quippe divinus, quia Deo (ſi virtutẽ colit) proximus, quippe incõparabilis, quia cum ſolo Creatore ut imago Factori comparabilis, tanto longinquiora ab omni Felicitate Corporis ſtudia cẽſenda ſunt, quia non ſolum rebellant Animo & eidẽ ſeſe opponunt, ſed turpibus vaniſq, ſuis negocijs honeſtos ejuſdem conatus implicant, & à via Veritatis ad lacunas & lamas mendaciſſimarũ vanitatũ, ab itinere Salutis in Barathrum perpetuæ Infelicitatis avertunt. Quorum omnium Ratio tam ex Sacris quã Humanitatis litteris evidens uſqueadeo & perſpicua eſt, ut omnia utriuſque ſtudia recolere ſit talia exinde velle deducere. Ex ſacris quidem, quoniam tale quid negare velle, ſit principia ipſa divinorum dogmatum concutere, Nationes aũt quæcunq; ad Sapientiæ cultum capita extulerunt, unã Animi Compoſitionẽ invene-

venerunt,in qua ſumma,licet ignotæ,tamen affectatę illis, Tranquillitatis conſiſteret: Quæ quidē expultrix omnium vitiorum, gubernatrix motuum, domitrix affectuum, Magiſtra ſecuritatis, Innocentiæ Regula, Virtutum omnium Collegium, Sapientiæ habitaculum, Regina Fortunæ, Divinarum humanarumque conſiderationum dulce & inperturbabile Conceptaculum,Sola illam nobis oſtendere Felicitatem poteſt, ad quā Divina vocat Vocatio, tendunt vota etſi ignorantium, omnium tamen mortalium, ducit Sapientia etiam qualiſcumq; quæ in Humanis litteris non latet quidem vulgum, Uſum tamen ſui & Fructum longè abſcondit altiùs quam credere poſſit, qui adytis ejus hactenus non fuit admiſſus, Hac niſi animus humanus fruatur nequaquam poterit officio ſuo fungi,huic niſi ante omnia ſe reſervet & conſervet, æſtu curiſque mortalibus incaſſum repugnabit. Quas reſpicere tam demum, quibus ſe ſubmittere, quas in cenſum rerum Bonarum ponere tum demum vere detrectabit, cum agnoſcere ſeſe, in ſeſe recedere, ſe ſibi circumdare, id felicem, id divinitati proximum ſtatum eſſe ita diſcet, ut ſimul efficiat. Extra hunc Rotunditatis ſuæ ſtatum neque quod Deo debeat videre poterit,cum nobilius nullum ſpeculum admirandę illius & celebrandę Sapientię videre poſſit, quam quod Mens hominis ipſa ſibi præſtat, dum cogitationes, dum conſiderationes, dum Vota ſua non infra ſeſe demittit, aut circum circa diſpergit, quo pacto, cum Vanitati & Ludibrio Fortunæ Cæleſtis Providentia humanas curas ſubjecerit, in aliud deterius regnum diſpalantur, ſed ſibi & per ſe Omnipotentiæ applicat, in cujus adoratione &

contemplatione tamdem ſeſe agnoſcit, & in ſeſe ipſum Creatorem ſuum, ſecura de ijs quæ tale faſtigium non tangunt, quibus implicari eſt prævaricari generoſitati ſuæ, quæ omnia ea perdit quæ non probat Felicitati ſuæ, aut ad eam turbandam elevat, ad cujus alioqui domicilium aſpirare Infortunia non audent. Nec tamen à pura & ſimplici hac animi Felicitate removenda eſt Utilitas communis Vitæ. quæ ſi regi ullo modo poteſt, quo alio Principe regetur melius quam qui Deo ſeſe & ſibi per eum probavit, qui Felicitatis ſuæ ſecurus & plenus, nihil petit eorum quæ miſeri mortales cum non habeant ægerrimè tamen amittunt; ut ſunt omnia illa quæ extrà Sapientiam & in ea Felicitatem ſub ſole degunt; Spes nimirum Futuræ Opulentiæ, Poſſeſſio momentanea Opum, Voluptatum aculeata fruitio, Pompa Ambitionis & Honorum Titillatio, Hæc talia cum minimè curet qui Felix manere cupit, qui Tranquillitati ſuæ ſeſe ſemper debet, quis eo regat innocentius? cum nulli invideat, quis diſpenſet æquius? Cum ſolus qualia & quæ ſint, non ignoret, quis alios doceat melius? Ut itaque Dux Vitæ humanæ animus Intellectu ſenſus, ſenſibus membra regit; Sic æquum quam maxime eſt hominem Sapientem licet in arce Tranquillitatis procul omnibus vitijs & infortunijs degentem, non ſubtrahere ſeſe Rebus communibus, ſed, quo ad licet atque ſanctum eſt, diſpertiri utilitati patriæ communive quicquid in ſinu ſuo conducere & prodeſſe ipſi perſpexerit. Satis illi domuiſſe monſtra Cupiditatum & Opinionum, non invidebit Fructum Felicitatis cuiquam, quia & hæc pars eſt ejus ipſam invidere nemini, velle collatam, &

tam, & conferre, quantum licet, omnibus, modo certa ſit principi ſibi poſſeſſio, quæ tum demum talis putanda erit cum exuerit omnia quæ Curę, Cupiditates, Iræ, Inimicitiæ, Voluptatum ſtimuli, Adverſitatum Tormenta omnibus mortalibus inducunt, cum liber rerum vanarum æſtimatione Spiritus, Spiritum immortalem, Sanctum, Purum, tranquillum, Felicem aget, hoc eſt tenebit Summi Boni in ſummâ compoſitione verum theſaurum, quē non invidebit ipſi etiam in hac vita Omnipotentia, ſi hoc, quod dixi, ſolum aget: Quæret Gloriam Dei, Tranquillum ſe ſibi præſtabit. Sequetur ordo divinitus & promiſſus & exhibitus, quo prodeſſe poſſit pluribus qui principium Amoris in genus humanum ſui à ſe ipſo fuerit exorſus. Quam verò Sapientis animus rerum adminiſtrandarum utilis ſit gubernationi ex illo citrâ controverſiam apparet, quod imperium in alios gerendum à ſe ipſo inceperit, nec fræna prius publica contingat, quam domi ſuæ regimen compoſuerit; hoc eſt furiarum internatum Iræ, Libidinis, Invidiæ, Spei, Timoris, Socordiæ & mille talium monſtrorum domitor evaſerit, quibus viſcera ſua oppugnari & exoneranda eſſe pauciſſimi norunt vel eorū qui maxima alioquin cum laude reb. publicis regendis præſunt. Hinc exordiri decet Felicitatem moderationis, exemplis periculoque alienorum capitum commendandæ; his qui principiis uſi, non renuerunt tamdem & negotijs civilibus ſeſe applicare, ſemper vivorum cultibus vivi, nunc verò in perpetuum Poſteritatis admirationi ſatis faciunt; cum infinita turba infelicium Regum non alio nunc nomine notior ſit, quam quo exſecrabilem ſuam memoriam in ſecula propagavit. Horum

exempla ſi videas, quicquid Timor geſſit aut gerendum corrupit, ante tubam aut civilis actionis conſpectum velut vento diſperſum evanuit, Quicquid ira furioſis ſuccincta turbinibus conficere voluit, ſecum una in ærumnabiles miſerias, cæca utpote & mentis minimè compos, præcipitavit. Si quid obſtinatio animi corrupit, ſi quid Libido profudit, Ambitio diſpulit, Invidia corroſit, omnia ideo malà geſta ſunt quod Rectores aliorum animis ſuis Imperare non potuerunt. Et rem ut eſt conſiderando, hæc illa ſunt reapſe infortunia quibus conſilia ſummorum hominum ſæpiſſimè aut in herba præcluſa aut in ſegete eliſa ſunt, cum Prudentiæ laus raro defuerit, ſæpius vero Vitiorum Amor mentem ab Veri uſu, utpote intranquillam atque incompoſitam, diſtinuerit.

His ſi opponas cum rebus geſtis ſuis viriliter compoſitum, boniſque ſuis abſolute contentum viri egregij animum, longe ab illo Infelicitatis & curam & Impedimenta videbis, non auſa eò penetrare quo deſinit puritas illa imperturbabilis. rectrix adfectuum, & Virtutis in ſe perfecta moderatrix & ad externos actus diſpenſatrix inconcuſſa.

Quis, rebus ita conſtitutis igitur non maritimas tempeſtates portui ſecuro poſtponat, qui quidem in hoc vita fluctibus commiſſus eſt, non ut in ijs degere velit, quorum pernicies contubernium eſt, ſed ut eorum ſævitia & inconſtantia commendet præmium

mium itineris, Pacem nimirum illam quæ omnium Bonorum compos in Vitâ compoſita & inperturbabili æternum conſiſtit. Hujus, quæ Felicitas vera eſt, imaginem nobis refert Tranquillitas illa cæleſtis, futuræ Beatitudini non aliter impar, quam quod & Spe melioris etiam, nititur, nec ſummum Bonum niſi in certitudine Fiduciæ poſſidet, & finem inſtare novit horum temporum, quæ, qua licet, affligunt eos qui ſeſe ipſis credere non voluerunt; Hæc eſt Sapientia vera quæ Humanorum negotiorum ſtatum eo conſiderat, ut nihil non vanum, irritum, tranſitorium, futile, & corruptum cognoſcendo, corporis omnes Voluptates, Opinionum omnium deceptiones, quales ſint & quàm Animæ Tranquillitati prorſus infeſtiſſimæ poſſit perſpicere. Hanc cum per umbras rerum omnis prudentior Antiquitas conſectata ſit, nemo tamen Rationis ductu umquam perfectè contigit, donec Rationem ipſam Divina Veritas captivam duxit, & impletis promiſſionibus Patrum per Prædictiones & Vaticinia perpetuo ſeſe curſum ſequentia, infudit Lucem veram, æternam, incorruptibilem.

Cujus dux ipſa Veritas contra Vota, Spes, & Captum humanorum ſenſuum humili figura, parvo tempore paucis & contemtiſſimis miniſtris uſa, non nationem aut gentem unam ſed terrarum orbem tali doctrina perfudit, ut

ejus compotes facti ſpretis omnibus deſiderijs & delinimentis Vitæ Caducæ, teſtem nacti inexpugnabilem per tormenta infanda per crudeliſſimas neces Conſtantiam Tranquillitatis ſuæ cruore ſuo poſteris commendarent. Hanc operatus in tot millibus Martyrum ſacrorum Spiritus Veritatis demonſtravit nobis fruſtrà abſolutam Compoſitionem morum quæſiviſſe Philoſophos, dum Rationi videnti ſcopum, ſed minimè per tot impedimenta emergere valenti, ſeſe committunt. Sed evanuerunt Vanitatis ſtudia, apparuit & conſervata eſt ad tempora noſtra Veritatis ſucceſſio, quam quod pauci omnino ſequantur, maxima vero pars umbras rerum futilium pertinaciter colat, ſanè culpa ſua faciunt, non veteri illa fatorum inclementia. Patet omnibus theſaurus ille Felicitatis, Promtuarium ſapientiæ, Dei cum hominibus reconciliati teſtimonium, Sacrarum litterarum Codex, cujus lectioni & conſiderationi qui inſtitit, nemo unquam à vera Felicitate excluſus fuit. Dominatur nimirum & infuſus in his eſt litteris Vivus Dei Spiritus, animorum non corporum Rector, non doctor ſed demonſtrator Beatæ Sapientiæ cujus afflatus id præſtat quod ſupra omnia vota conſiſtit, ut agnatum & inditum & poſſeſſum à Deo ſe ſentiens homo, jam demum intelligat quid diſtent ſtudia Vanitatis ab incomparabili Sapientia, quâ judicium capere de terrenis & longè infrà vota noſtra eadem deponere perſuademur. Nec ambagibus hic ullis opus, tanta Dei benignitas eſt, ut perſonæ nulla ſit exceptio. Palpitant nimirum omnes humanæ leges, & ad fulgorem committentium facinoribus atrocitatem aut demunt aut addunt; hîc neque

Lex

Lex ulla eſt,niſi quam Charitas facit,& Juſtitiæ tamen is tenor qui nec lædat ullum nec ignoſcat ulli, quoniam impoſſibile eſt, ut obnoxius etiam commiſſo crimini fiat, qui Redemtore tali nititur, qui genus mortale, immortalis ipſe, moriendo & eripuit morti & inturbabili Vitæ conſecravit. Eâdem regulâ quicquid exigas ad veram Rationem pertinebit,non conjecturis rerum aut argumentis in controverſiam ducendis, ſed veritate irrefutabili niſum, ut jam Fide & Fiducia opus ſit ad credendum, non ad docendum deductionibus.Hunc ſcopum ſi quis aſſecutus nectar illud divinitus affundendum hauſerit,jam Tranquillus, jam ſecurus & præeſſe rebus gerendis & geſtis ſupereſſe egregiè poterit.Quoniam vero tanta malorum ingeniorum ſeges eſt ut cum Veritas ipſa inceſtari & corrumpi minimè poſſit, iter ad eam interpolare objectis impedimentis obſtruere, evulſis neceſſariis munimentis deturpare pleraque pars male curioſorum hominum non deſinat, illud quod principio dictum eſt nunc aſſumamus. Humanitatis nimirum litteras eas eſſe quibus cum Luce rerum Divinarum renatis, ſingularis nobis & clariſſimus limes patefactus eſt, quo incedentes ad verum Veritatis callem evadere, & ad mandata divina animum componentes,Tranquillitate nos egregia munitos omnibus mortalibus turbis altiores ſiſtere poſſimus. Non hic quiſquam expectabit ut controverſiarum diſceptem retia, quibus adeo hodierna Chriſtianitas turbatur & convellitur,ut plus nunc ſit damni datum à ſubfultoribus quam umquam antehac ab oppugnatoribus. Hoc ſolum demonſtrare Humanitatis commendatio poſtulat, ut certi ſimus & Libris Sacris nos neque

nis Deum immortalem ſemper conjunxiſſe, uti nunquam alteras ab alteris ſeparaverit, ſed æterna & infallibilia oracula ſua miniſterio amborum nobis ſervaverit, nec paſſus ſit obſcurari umquam, aut contenebrari inductis ſophiſticationibus, niſi quando reſilientes à litteratis litteris præfecti doctrinarum barbariæ fræna immiſerunt, & contemta honeſtate ſtudiorum, utiles modo ut vocant, hoc eſt æri conſtipando ſervientes ſcientias produxerunt.

C. BARTHI
ANACREON
PHILOSOPHUS.

Google

ADſueta plectra dudum
Malè maſculo Lepori
Tandem exſecrantur atra
Genium ſonare noctis.
Age quæ pericla pridem
Laſcivi Amoris, apta
Inerudito ad acrem
Chelyn excitas ſonore.
Da Muſa plectra cordi
Sapientiam profeſſo,
Rimare quid ſecuta
Deos tenere poſſis.
Manceps Quietis almæ,
In te reducta ſacræ
Vis mentis in popellum
Sacro redi furore.
Si ſuavitas jocoſa
Veneris Placentiæque
Dudum miniſtra cantu
Placuit nitente Vulgo.
Sapientiam profeſſa
Erato ſacrare pergas
Melos Entheum ad Tribunal
Dei perennivivi.
Lepidi caduca finis
Eſt carminis, quod inter
Cyathos leve ad Puellas
Et nablium ferocit.
Perenne præmium illi eſt
Qui dum caduca membra
Moratur heic, caducis
Caput exſerit periclis.

Audite dicta caſti
Rapace ducta pennâ,
Sed mentis in profunda
Librata ſæpe ſede.
Vt unda vincit undam,
Vndaque vincitur, mox
Veſtigium inſecutâ
Per tramitem perennem.
Sic vita tranſit in ſe
Mortalitate victa,
Nec eſt potis teneri,
Omnī ambitu & labore.
Perire quæ creata
Solis tuentur orbem
Eſt una regula inter
Omnes fide probata.
Vt fumus alta flamma
Volumina exit, & mox
Fulgentem ubi relinquit
Hinc inde diſſipatur.
Sic Ambitus, doloſâ
Specie nitens Honoris,
Matrem ſimul relinquit
Periit, furore Venti.
Vulgaris aura nil eſt
Niſi Ventus atque fulgor,
Niſi Fulgor atque ventus
Vulgaris aura nil eſt.
Da vota cuncta Famæ
Ditem egredi Sophiſtam,
Avarum habere multa
Exempla cuncta ſupra.

Da

Da ſubditum Dionæ
Helenes frui cubili,
Et imperare toti
Aſiæ, ſacrum tyrannum.
Da litteris potitum
Quamplurima indipiſci,
Ratione mentis altæ
Dominari in ipſum Olympum.
Da Martis inquilinum
Achillei furoris
Et Hectoris ſuperbâ
Vi præterire robur.
Da Nirei figuram
Superare quem Attyoſque,
Adonidis Cytheræ
Placere præ lepore:
Da cuncta poſſe ſolum
Quibus impeditur orbis
Ne mente ſub magiſtrâ
Poli rotas ſequatur.
Cum ſæpe ſit nocivâ
Ars proprio colenti,
Cum ſæpe robur ipſum
Vltro enecet Melionem.
Cum diſperire ſæpe
Cogatur auro ab alto,
Cum forma, cum Minerva
Quamplurimos necarint.
Cum Mars pater ſequenteis
Suos trahat tumultus
In perditos furoreis
Ingloriamque mortem.

Per-

Perſæpè cum poteſtas
Cui nulla par vel æqua eſt,
Vertatur ultimò in ſe
Furore, victa nulli.
Et omnium ſuprema
Mors linea atque finis,
Dubio per omne punctum
Pede temporis vagetur.
Quid eſt nitere formâ?
Quid eſſe quem diſertum?
Quid fortem & eruditum?
Quid ditem & impotentem?
Sonus, Aura, Ventus, Vnda,
Fuga, Tranſitus, Ruina,
Pulvis, Leviſque Fumus
Breviſque Mentis Error;
Inamabilis Voluptas
Ignobiliſque Fama,
Inerudita techna,
Ingloriumque bellum,
Inſcitiæ profundum
Inertiæque marmor,
Et Vanitatis ingens
Humana vita pontuſt.
Humana vita nil eſt
Ludibrium niſi unum
Ter mille per figuras
Errantis orbis in ſe.
Humana Vita nil eſt
Niſi ludus atque torpor,
Niſi, mimus atque pædor
Humana vita nil eſt.

Et quid pote eſſe quaſo
Quæ neſcit ipſa ſeſe,
Nec diſcere ipſa ſeſe
Poteſt bono magiſtro?
Evolue cuncta ſecla,
Et temporum in profunda
Arcanitate fata
Rimare mortuorum.
Felicitas Vigendi
Et vita Sortis albæ
Ad expedita nutum,
Nulloque læſa caſu.
Non erudivit umquam
Sacros ſuos colonos,
Sed inquinavit horum
Menteis feroce nocte.
Vnus bonæ Magiſter
Dolor eſt fuitque vitæ,
Eritque porro ſemper,
Immobilis Tyrannus.
Incerta vita cum ſit
Certiſsimum iſtud unum eſt,
Certas faceis Dolorum
Dominari ubique rerum.
Quid vita jam putanda eſt
Præter gravem veternum,
Quam nemo ſuſcitare
Præter poteſt Dolorem?
Dolor almejò Magiſter
Vivendi, ô alme mentis
Torpentis excitator,
Pugnantis Imperator.

Inamana

Inamæna vita læta eſt
Inimica frons amica eſt,
Hæc vita læta, amica eſt,
Inimica quæ vel una eſt.
Dum vivitur Voluptas
Vix viſitur maligne,
Nec dumque viſa perdit
Dubiæ diei nitorem.
Dum ſors benigna ridet
Dormire cogimur nos,
Nec eſt frui benignâ
Vel Paululum Dionâ.
Dum ſors amara magno
Bacchata cum tumultu
Rationem agit micantem
In alta lucis aſtra.
Inamabilis Severi
Externat ars doloris,
Et multa congerendo
Fundamina ipſa perdit.
Non eſt fuiſſe tanti,
Vt dum vagi atque vani
Sumus, omnium Dolorum
Exerceamur armis.
Quæcunque cernis orbem
Per ultimum atque ſummum,
Quæcunque non videnda
Ratione prendis uſquam
Sunt omnia, omnia una
Vna omnia, omnia una,
Sunt & tui manebunt
Hoſtes, homo, & tyranni.

 In

In omnibus tyrannis
Nemo eſt magis protervus,
Nemo eſt magis nocivus
In omnibus tyrannis.
Quem ſit magis cavere
Operoſum & impeditum,
Qui captus ut ſemel ſit
Queat ægrius teneri.
Quam tute quam tibi ipſe es.
O perſidum, ô malignum
O peſſimum hoſtem, uti ſe
Arx ipſa frangit intus.
Quod eſt bonum atque dulce,
Quod ſanctum & integrum exſtat,
Quod ſuave, quod decorum,
Quod utile atque honeſtum.
Hoc ipſe non potes te
Prohibente noſſe, habere,
Sed hoc procul relicto
Sequeris malum atque triſte.
Tui bibax amoris
Cupis hoſtibus nocere,
Improvidoque ſaltu
Foveam incidis latentem.
Quin tanta vis furoris
In te tibi repugnat,
Vt viſa ſæpe damna
Secteris, abſque mente.
Monitor tibi hoſtis inde eſt
Vnde obrutus malignâ
Perſuaſione de te
Cæcus trahis videntem,

Quod ſi videbis hercle
Et ſenties reduci,
Clarente jam ſalutis
Vita per omne fulgur.
Tamen cupis reniti
Et perditer volente &
Nolente ſorte tendis,
Nec reſpicis Salutem.
Quin ut tibi doloris
Majusque tetriusque
Facias mare, in Salutis
Graſſaris hoſtis arma.
Cum Vita dat bibendum
Tibi poculum Salutis,
Tu poculam Salutis,
Spernisque projicisque
Et aridum venenum
Efflagitas reponi,
Et ebibis repoſtum
Alacritate mirâ.
Silet interim profundo
In pectore acer hoſtis
Et Conſcientiæ vim
Mala ſupprimit Erynnis.
Auſtera vota, claro
Vides nitere ſine,
Et eſſe vim caduci,
Nil temporis putandam.
Suave Sortis omen
Vides palam eſſe nauci,
Finemque amarum in iſtud
Venire perro dulce.

Si dulce quid putandum eſt
Quod horridum eſt venenum,
Aut triſte quid putandum eſt.
Quod eſt Salutis augmen.
Tamem impio in ſtupore
Perinde conſeneſcis,
Vt cuncta craſtinanti
Hodie perire poſsint.
Inſuave cum piaclum
Clam digeris facisque,
Ignobilis tibi ipſi
In te tuoſquè peccas.
Quod ſi domi relictis
Vis hoſtibus videre
Quam plurimis palam extra
Clamque impetitus erres.
Omneis vide figuras.
Quod educantur extra
Intra quot educantur
Mundum, vide figuras.
Quæ ſtella magno in orbe
Novemplicis rotatus,
Non poſſe te fatetur
Vnô necare puncto?
Quæ ſtilla magno in alveo eſt
Ponti ambientis orbem,
Quæ non queat velitve
Delere te potitum?
Telluris in novercæ
Quod gramen, herba, ſuccus,
Quod reptile, atque brutum,
Tergo eſt, ſinu, atque Ventre,

Quod

Quod neſciat miſelli
Hominis fugare mentem
E corporis caduci
Volatili figura?
Pede dum premis volucri
Humum, viator ardens,
Quam creber anguis atrâ
Calci imminet luelâ?
Dum morbidos rigores
Herbis fugare tendis,
Quot ſunt quot herbæ in unâ
Tui malo potentes?
Nec ſcis nec ipſe neſcis
Quis ſit futurus ille
Qui maximè eſt futurus
Per atra & alba, finis.
Miſerrimum iſtud unum eſt
Quod imminere ſemper
Times, quod imminere
Quandoque ritè conſtat.
Securus interim auctor
Erras tui doloris,
Et inquinata larva
Mimum reducis in te.
Qui vota veſtra poſſit
Hodie videre capta,
Iurabit eſſe mundi
Cras maximum monarcham.
At Mors rudem Suarum
Medio è calore rerum
Avulſit Architectum
Vaniſſimi Furoris.

Digitized by Google

Quamquam vigor quis ille
Queatve nominari
Vel eſſe quis putari
Vigor ille poßit, ah me!
Viden' catam volucrem
Ex arbore hac canentem
Meloſque dulce linguâ
Verſatili cientem?
Dum cernis hanc volucrem
Vides catum Poetam,
Cum ſevolarit illa
Abiiſſe eum videbis.
Cum mox locum videbis
Volucrem catam requires,
Sed avolavit illa
Quò, neſcies in ævum.
Nec enim redibit illa
Memor aut erit canentis
Sui ipſius tot odas
Suavitate mirâ.
Anima huius auctor illa
Tot dulcium leporum,
Migravit ex caduco
Se corculo relinquens.
Et avolavit illuc
Redibit unde numquam,
Redibit unde numquam
Avis avolavit illuc.
Talis vigor caducæ
Aetatis æſtimandus.
Similis canori & auræ
Numquam fugit reprenſus.

Eadem

Eadem deinde ſors eſt
Fuerisve, vel nec unque,
Fueris, fuiſſe delet;
Tulit eſſe qui decorum.
Quod nunc monemus ipſi
Monuere nos parentes,
Avique noſtri eorum
Docuere eos parentes.
Hæc nemo ſed ſecutus
Perhibetur eſſe in ævum,
Dies ſuos ſuos ceu
Vixere cuncti in ævum.
Sapientia iſta ſera eſt
Nam cum datur potiri,
Tranſivit acris ætas,
Adivit alta finis.
Videſne ut unda raptim
Raptim ſequatur undam;
Retinere dum laboras
Digitos fugit per ipſos.
Quod vaſculo vel hauſtro
Si prenderis rapacem
Mox eſt neceſſe totum
Nolens volens profundas.
Si non profundis, ipſa
In aerem avolavit;
Putredinisque paullum
Imo reliquit hauſtro
Ex aëre ipſa porro
Rurſus coacta ſenſim
Illiquitur fluento,
Et unda fit viciſſim.

Sic

Quamquam vigor quis ille
Queatve nominari
Vel eſſe quis putari
Vigor ille poſſit, ah me!
Viden' catam volucrem
Ex arbore hac canentem
Meloſque dulce linguâ
Verſatili cientem?
Dum cernis hanc volucrem
Vides catum Poetam,
Cum ſevolarit illa
Abiiſſe eum videbis.
Cum mox locum videbis
Volucrem catam requires,
Sed avolavit illa
Quò, neſcies in ævum.
Nec enim redibit illa
Memor aut erit canentis
Sui ipſius tot odas
Suavitate mirâ.
Anima huius auctor illa
Tot dulcium leporum,
Migravit ex caduco
Se corculo relinquens.
Et avolavit illuc
Redibit unde numquam,
Redibit unde numquam
Avis avolavit illuc.
Talis vigor caducæ
Aetatis æſtimandus.
Similis canori & auræ
Numquam fugit repreſus.

Eadem

Eadem deinde ſors eſt
[F]ueriſve, vel nec unque,
[F]ueris, fuiſſe delet;
[T]ulit eſſe qui decorum.
Quod nunc monemus ipſi
[M]onuere nos parentes,
[A]vique noſtri eorum
[D]ocuere eos parentes.
Hæc nemo ſed ſecutus
[P]erhibetur eſſe in ævum,
[D]ies ſuos ſuos ceu
[V]ixere cuncti in ævum.
Sapientia iſta ſera eſt
[N]am cum datur potiri,
[T]ranſivit acris ætas,
[A]divit alta finis.
Videſne ut unda raptim
[R]aptim ſequatur undam;
[R]etinere dum laboras
[D]igitos fugit per ipſos.
Quod vaſculo vel hauſtro
[S]i prenderis rapacem
[M]ox eſt neceſſe totum
[N]olens volens profundas.
Si non profundis, ipſa
[I]n aerem avolavit;
[P]utredinisque paullum
[I]mo reliquit hauſtro
Ex aëre ipſa porro
[R]urſus coacta ſenſim
[I]lliquitur fluento,
[E]t unda fit viciſſim.

Sit

Quamquam vigor quis ille
Queatve nominari
Vel eſſe quis putari
Vigor ille poſſit, ah me!
Viden' catam volucrem
Ex arbore hac canentem
Meloſque dulce linguâ
Verſatili cientem?
Dum cernis hanc volucrem
Vides catum Poetam,
Cum ſevolarit illa
Abiiſſe eum videbis.
Cum mox locum videbis
Volucrem catam requires,
Sed avolavit illa,
Quò, neſcies in ævum.
Nec enim redibit illa
Memor aut erit canentis
Sui ipſius tot odas
Suavitate mirâ.
Anima huius auctor illa
Tot dulcium leporum,
Migravit ex caduco
Se corculo relinquens.
Et avolavit illuc
Redibit unde numquam,
Redibit unde numquam
Avis avolavit illuc.
Talis vigor caducæ
Aetatis æſtimandus.
Similis canori & auræ
Numquam fugit reprenſus.

Eadem

Eadem deinde ſors eſt
ueriſve, vel nec umque,
ueris, fuiſſe delet;
ulit eſſe qui decorum.
Quod nunc monemus ipſi
Monuere nos parentes,
viqne noſtri eorum
Docuere eos parentes.
Hæc nemo ſed ſecutus
erhibetur eſſe in ævum,
Dies ſuos ſuos ceu
ixere cuncti in ævum.
Sapientia iſta ſera eſt
Nam cum datur potiri,
ranſivit acris ætas,
divit alta finis.
Videſne ut unda raptim
aptim ſequatur undam;
etinere dum laboras
igitos fugit per ipſos.
Quod vaſculo vel hauſtro
i prenderis rapacem
ox eſt neceſſe totum
olens volens profundas.
Si non profundis, ipſa
n aerem avolavit;
utredimiſque paullum
no reliquit hauſtro
Ex aëre ipſa porro
urſus coacta ſenſim
lliquitur fluento,
t unda fit viciſſim.

Sic

Quamquam vigor quis ille
Queatve nominari
Vel eſſe quis putari
Vigor ille poßit, ah me!
Viden' catam volucrem
Ex arbore hac canentem
Meloſque dulce linguâ
Verſatili cientem?
Dum cernis hanc volucrem
Vides catum Poetam,
Cum ſevolarit illa
Abiiſſe eum videbis.
Cum mox locum videbis
Volucrem catam requires,
Sed avolavit illa
Quò, neſcies in ævum.
Nec enim redibit illa
Memor aut erit canentis
Sui ipſius tot odas
Suavitate mirâ.
Anima huius auctor illa
Tot dulcium leporum,
Migravit ex caduco
Se corculo relinquens.
Et avolavit illuc
Redibit unde numquam,
Redibit unde numquam
Avis avolavit illuc.
Talis vigor caducæ
Aetatis æſtimandus.
Similis canori & auræ
Numquam fugit reprenſus.

Eadem

Eadem deinde ſors eſt
…terisve, vel nec unique,
…ueris, fuiſſe delet;
…ulit eſſe qui decorum.
Quod nunc monemus ipſi
…onuere nos parentes,
…vique noſtri eorum
…ocuere eos parentes.
Hæc nemo ſed ſecutus
…erhibetur eſſe in ævum,
…ies ſuos ſuos ceu
…ixere cuncti in ævum.
Sapientia iſta ſera eſt
…am cum datur potiri,
…ranſivit acris ætas,
…divit alta ſinis.
Videſne ut unda raptim
…aptim ſequatur undam;
…etinere dum laboras
…igitos fugit per ipſos.
Quod vaſculo vel hauſtro
…i prenderis rapacem
…ox eſt neceſſe totum
…olens volens profundas.
Si non profundis, ipſa
…n aerem avolavit;
…utredinìſque paullum
…uo reliquit hauſtro
Ex aëre ipſa porro
…urſus coacta ſenſim
…liquitur fluento,
…t unda ſit viciſſim.

Sic

Si dulce quid putandum eſt
Quod horridum eſt venenum,
Aut triſte quid putandum eſt.
Quod eſt Salutis augmen.
Tamem impio in ſtupore
Perinde conſeneſcis,
Vt cuncta craſtinanti
Hodie perire poßint.
Inſuave cum piaclum
Clam digeris facisque,
Ignobilis tibi ipſi
In te tuoſquè peccas.
Quod ſi domi relictis
Vis hoſtibus videre
Quam plurimis palam extra
Clamque impetitus erres.
Omneis vide figuras.
Quod educantur extra
Intra quot educantur
Mundum, vide figuras.
Quæ ſtella magno in orbe
Novemplicis rotatus,
Non poſſe te fatetur
Vnô necare puncto?
Quæ ſtilla magno in alveo eſt
Ponti ambientis orbem,
Quæ non queat velitve
Delere te potitum?
Telluris in novercæ
Quod gramen, herba, ſuccus,
Quod reptile, atque brutum,
Tergo eſt, ſinu, atque Ventre,

Quod

Quod neſciat miſelli
Hominis fugare mentem
E corporis caduci
Volatili figura?
Pede dum premis volucri
Humum, viator ardens,
Quam creber anguis atrâ
Calci imminet luelâ?
Dum morbidos rigores
Herbis fugare tendis,
Quot ſunt quot herbæ in unâ
Tui malo potentes?
Nec ſcis nec ipſe neſcis
Quis ſit futurus ille
Qui maximè eſt futurus
Per atra & alba, finis.
Miſerrimum iſtud unum eſt
Quod imminere ſemper
Times, quod imminere
Quandoque ritè conſtat.
Securus interim auctor
Erras tui doloris,
Et inquinata larva
Mimum reducis in te.
Qui vota veſtra poßit
Hodie videre capta,
Iurabit eſſe mundi
Cras maximum monarcham.
At Mors rudem Suarum
Medio è calore rerum
Avulſit Architectum
Vaniſsimi Furoris.

Hodiè vides tumentem
Cras proteris jacentem,
Cras pulvis, umbra, nil eſt
Hodie omnium unus inſtar.
Rota Temporis vagi ſub--
Terlabitur minantem,
Et multa machinantem
Adedit ruina ſenſim.
Furit ille Supra & ingens
Specimen vagatur alti
Per dicta per tacenda
Per ſas neſasque monſtri.
Cum Ventus & volucris
Rapit aura cum furore
Omni ebrium Coloſſum,
Fundamine antè fracto.
Quodcunque cernis iſtic
Quod eſſe tu tuum, dum
Blandiris ipſe citra
Tibi invidum, ferocis.
Vſura curta veſtra eſt
Res ipſa fixa manſit
Dominos per hoſce centum
Periere ij, peris tu.
Abi proterve miles
Inſcitiæ imperitæ,
Nihil tuum, tuum iſthic
Nihil eſt, avare pallor.
Fugit hora victa ab horâ
Dominoſque ſecla mutant,
Quos mille per ſiguras
Sors ſuggerit, reducit.

Tenor unus eſt per omneis
Conſtans redire ſervos
Inamabilis ruinæ
Quâ vita tranſit in ſe.
Dum cogitas fuiſti,
Quid eſſe te putabis,
Vel alterum docebis?
Dum cogitas, fuiſti.
Hoc ipſe quod modo es nec
Te ſcire tute dices?
Quid es ergo, cum quid eſſe
Te neſcias fateri?
Nihil immo vincit ipſum
Humana vita planctu,
Nam ſi nihil fuiſſet
Nil eſſet hæc beata,
Nunc interire cum ſe
Sciat neceſſe, & iſtuc
Multo dolore plangat
Nullâ levanda Sorte.
Hoc unico quid eſſe
Se diſcit ægra vita
Quod interire citra
Omnem queat medelam.
O triſtis atque ſæve
Humanitatis ordo!
Cur ſcire cogimur, quod
Scitum nequit reduci.
Qui nunc loquor vigore
Aetatis in nitente,
Aetatis in nitente
Cras deſtruar vigore,

Digitized by Google

Quamquam vigor quis ille
Queatve nominari
Vel eſſe quis putari
Vigor ille poßit, ah me!
Viden' catam volucrem
Ex arbore hac canentem
Meloſque dulce linguâ
Verſatili cientem?
Dum cernis hanc volucrem
Vides catum Poetam,
Cum ſevolarit illa
Abiiſſe eum videbis.
Cum mox locum videbis
Volucrem catam requires,
Sed avolavit illa
Quò, neſcies in ævum.
Nec enim redibit illa
Memor aut erit canentis
Sui ipſius tot odas
Suavitate mirâ.
Anima huius auctor illa
Tot dulcium leporum,
Migravit ex caduco
Se corculo relinquens.
Et avolavit illuc
Redibit unde numquam,
Redibit unde numquam
Avis avolavit illuc.
Talis vigor caducæ
Aetatis æſtimandus.
Similis canori & auræ
Numquam fugit reprenſus.

Eadem

Eadem deinde ſors eſt
Fueriſve, vel nec unque,
Fueris, fuiſſe delet;
Tulit eſſe qui decorum.
Quod nunc monemus ipſi
Monuere nos parentes,
Avique noſtri eorum
Docuere eos parentes.
Hæc nemo ſed ſecutus
Perhibetur eſſe in ævum,
Dies ſuos ſuos ceu
Vixere cuncti in ævum.
Sapientia iſta ſera eſt
Nam cum datur potiri,
Tranſivit acris ætas,
Adivit alta finis.
Videſne ut unda raptim
Raptim ſequatur undam;
Retinere dum laboras
Digitos fugit per ipſos.
Quod vaſculo vel hauſtro
Si prenderis rapacem
Mox eſt neceſſe totum
Nolens volens profundas.
Si non profundis, ipſa
In aerem avolavit;
Putredimiſque paullum
Imo reliquit hauſtro
Ex aëre ipſa porro
Rurſus coacta ſenſim
Illiquitur fluento,
Et unda fit viciſſim.

Digitized by Google

Sic ævitatis ordo
Sua puncta rurſus in ſe
Repetit, licet morari
Quis autumet volantem.
Aeternitas ſibi una
Sine labe conſtat omni
In hanc voluta cuncta
Repetunt ſuas figuras.
Stat ipſa mater in ſe
Sui Capax tenoris,
Et omnibus creandis
Formas parire geſtit.
Homo qui datur ſuo ævo
Capitque fata vitæ,
Ex hac profectus in ſe
Sine lege, prade, tranſit.
Hæc fixa puncta ſervat
Quæ præterire nemo.
Quæ nec citra morari
Poterit poteſt ve quiſquam.
Ah me, miſella vita,
Specularier mihi iſthæc
Cur, improba, indidiſti,
Vt triſtis inde fiam.
Ah ah caduca vita,
Folium, Aura, Ventus, unda,
Vernum Aeris ſerenum,
Suaviſque cantus Odæ!
Ah ah volatilis vis
Arcana temporis, cur
Das noſſe te canentem
Nec Eloqui poteſſe!

Dolore plena miro
[I]n hoc latet voluptas
Quod noſſe tempus & me
Nec noſſe poßim utrunque.
Inexplicanda pompa
Mortalitatis ægræ,
Quæ triſte quæ caducum
Inebrias perenni.
Diſtinctione quod ſi
Poſſet quis indipiſci
Solerte, quei perenni
Diſtent Caduca fato.
Divinitatis in ſe
Quos quiſque noſſet ignes,
Melius, pol, elocaret,
Citra fugam Venuſti.
Nunc ebrij favore
Præſentium atque planctu,
Planctu favoris arma
Eum his fugamus in nos.
Quod quiſque noſſe cenſet
Hoc maxime omnium haud ſcit,
Neſcita quæ putamus
Vanos trahunt Laboreis.
Fugit interim ævitatis
Rotundus orbis, extra
Spem, vota, Cogitatus,
Et querqueros timores.
Torrentis alligati
Inamabili fluento
Nos perdimus vigendo
Florem, neci propinqui.

Qua

Quæ iam redibit hora
Veris venuſtiformis,
Nos admonet caduco
Ineſſe cuncta curſu.
Tamen ſequenda cunctis
Sed adſequenda nulli
Rota temporis ſtato ſe
Sibi ſubijcit rotatu.
Stat axis ipſe rerum
Immobilique fulcro
Circum Aevitatis orbem
Remeare mandat in ſe.
Fugit hora, quæ ſequendo
Fugientem eam retentat
Mox ipſa ſubijcit ſe
Perijtque dum locuta eſt.
Sed magnus ille torrens
Bis neminem reviſit,
Aerumna lenta inhæret,
Sed hora nulla retro it.
Cum per ſtatos recurſus
Rota ſe reduxit in ſe,
Alios videt colonos,
Terræ, Exiere priſci.
Numeri modo locique eſt
Locus ille ſolus expers
In quem tot æviterno
Animæ exeunt receſſu.
Nec ulla Vitam in iſtam
Redijt, nec ulla dixit
Qua parte ſit Poteſtas
Spes explicare vitæ.

Quem iam vides ſodalem
Lætuſque quem ſalutas
Charumque dicis, & te
Non fallit ille dictis.
Dum tranſit hora curſim
Iacet obrutus tenebris,
Corpus tibi reliquit,
Ipſe exijt procul te.
Stas ipſe conſcius mox
Cogi ad gravem ſequelam,
Miratus oppetentem
Simul oppetis ſtupendo,
Sit quantacunque functi
Erga fides ſodalem,
Nec unica poteſt te
Monere voce recti.
Anima Orbis è tumultu
Receſſit in quitem
Et ſe procul caducis
Membris tenet profectam.
O Cæca vis, mala ô nox,
O luror impius, qui
Negas videre quæ te
Ipſe videre cogis.
Cur adſequenda non eſt
Hæc regula, hæc Voluptas
Speculando cur teneri
Nequit, adſequi ſequendo?
Sic Dia nempe ſeſe
Vis extrahit latentem
Monſtratque conprimendo
Abſcondit & docendo.

Vt ſola fons & auctrix
Rationis atque Mentis
Sapientiæque, cultu
Colatur exigente.
Fortuna nulla noſtra eſt
Nil eſt opis, nec Ardor,
Nil æſtus, aut Cupido,
Nil ſpes timorque poſſunt.
Latet intus alma Virtus
Mundi Volantis actrix,
Hæc ſingulis miniſtrat
Membris ſuos laboreis.
Hæc cæca fata quamvis
Videatur erogare.
Et nullius capaces
Rationis ire calleis.
Ad ultimium probatur
Tamen omnia exigentis
Virtutis ad ſtateram
Mutare & expedire.
Ne quippiam Cupido
Sapientiæve Fulgur
Sibi arrogaret ægra
Mortalitatis obſes.
Paſſu fugit latenti
Et ordine omnia arctat
Solerte, Cura Fati
Suæ imminens Caducis.
Quæ Vita tranſitura
Similis fugit reditque
Nos admonet perenneis
Spes elocare cœlo.

Sol iſte qui calore
Sepulta cuncta grato
Reſuſcitat, Supremi
Aenigma Patris adfert.
Non gaudium hoc latenteis
Quod ſuſcitat medullas,
Suavique mortua oſſa
Renovat vigore Vitæ.
Scintilla nec minuta eſt
Veri illius Leporis
Qui corda caſtiorum,
Manet, haud edendus ævo.
Si tam venuſta Solis
Videntur ora nobis
Poſt frigus huc reverſi
Alio velut ex orbe,
Qui nil niſi una mundi
Eſt portio, & creata,
Nec particeps perennis
Ex æthere ignis almo.
Natus vigore ſolum
Mortalia ire fotum,
Statoque ſecla curſu
In ordines rotare.
Quid, quid, diſerte, cenſes
Nos gaudij Parentis
Ex Optimi & Supremi
Haurire poſſe vultu?
Fons unde lucis almæ
Propago viva manat,
Vitalium Leporum,
In omne quod creatum eſt.

Qui purus æther ille eſt,
Qui purus ignis ille eſt,
Qui Vita viva ſolus
Vitarum, & Arx Calorum.
Elementa cuius omneis
Radiis ſubire formas
Coguntur ipſe citra
Numerum Orbis Architectus.
Qui ceu levi ſtatera
Speculanta cuncta ſervat,
Expers loci atque motus
Et omnium una cauſa.
Ad cuius acre fulgur
Sol eſt graveis tenebræ,
Chaos eſt venuſtus ille
Ratione Mundus ægrâ.
Qui tot ſuperna iuſto
Examine atque lege
Dat corpore ire fixo
In Ordine undique in ſe.
Qui nomina omnia unâ
Exſcripta habet tabellâ
Qui regna rerum habenis
Regit integris in ævum.
Extra modum Modus qui
Eſt omnium ipſe rerum,
Qui cuncta facta ſolo
Fecit facitque iuſſu.
Stant cuius ad tribunal
Parata Fata Voci,
Cuiuſque Nutus omnis
Momenta vibrat actus.

Idem benignus auctor
Amoris atque cultus
Nihil niſi Serenos
Spirans volenſque cultus.
Clementia ipſa Solus
Prudentia ipſa Solus
Sapientia ipſa Solus
Potentia ipſa Solus.
Non durus, aut ſeverus
Sed iuſtus atque mitis,
Placabilis precanti
Sed fortis in rebellem.
Inexplicanda Virtus
Ineſſerenda Virtus
Non nominanda Virtus
Non adſequenda Virtus.
Virtutis auctor omnis
Natura ſumma pulcri
Arx lucis & nitoris
Fons Vitæ, Origo Mentis
Cuius ſacrum ad Thronum ſtant
Ter mille milla & ter
Mille illa millia ultra
Numerum modumque multa.
Iuvenum die ſatorum
Alas vibrantum ab auro
Perenni ſulgurantum
Alæ leves Cohortum.
Stirps caſta, ſancta, Pulcra,
Pudica, mitis, Alma
Pietatis inquilina,
Cohors Dei Deorum.

Qui iuſſa cuncta magni
Regis palam faceſſunt,
Et nube candida aucti
Formas, volant per orbem.
Quorum unus uno in ictu
Redeuntis ad ſe ocelli
Potis omnium Igne & enſe,
Hominum fugare turmas.
Hæc illa gens Piorum
Statio putatur una,
Ne turbidi Monarchæ
Per fas ruant nefaſque
Hi cum Parente coram
Stent ſemper, eius alma
E luce fænerantur
Beatitatis ignem.
Tutela firma turmis
Patientium piorum,
Dum Spes Fideſque ſævis
Immilitant periclis.
Vt rebus omnibus nox
Prope imminet proculve,
Sic dira vis malorum
Cacodæmonum repugnat.
Quippe hoſtis ater extra
Vitæ curule tempus
Piis nocere ſeſe
Non poſſe gnarus ex ſe,
Dum finem in alba puncta
Noviſſimum venire
Speculatus, à ſagaci
Comprenderit notaclo.

Truculentiore pulſu
Quatit ſacras catervas,
Et mille vim dolorum
Acuit furore duplo.
Contrà ut pudica corda
Conſtent Deo ſibique,
Dat Spiritus adeſſe
Niveos ſuis IEHOVAH
Illi volente cultu
Sanctis favent Poetis,
Laudeſque mille complent
Choreis, ſuis canenteis,
Hoc quippe munus unum eſt
Cui conditi vigemus,
Vt rebus à caducis
Pia vota ſeparemus.
Vt rebus à caducis
Bene deinde ſeparati
Deo vacemus uni
Sapientia iſta ſola eſt.
Quod mundus acer omni
Volvit Labore ſurſum,
Revolvit hæc deorſum
Sabiliſque nullibi ſtat.
Huius faceta pompa,
Et mille per figuras
Eadem Venus reverſa,
Lubriorium hoſtis atri eſt.
Sic ille mille technis
Faſtu & Cupidine, Ira,
Libidine atque habendi
Furore cuncta verſat.

Nec Litteræ Sophorum
Nomen tenere viſæ
Vllo Labore poſſunt
Adire puncta Vitæ.
Felicitatis almæ
Remotior reducta eſt
Quam ſemitam ut volucres
Poßint adire ſenſus.
Quod orbe clauſa longo
Sapientiæ vetuſtas
Involuit & revoluit,
Plicatque replicatque.
Araneoſa texta
Sub ſole fulguranti
Tenera exprimit figura
Nec eſt quod eſſe certat.
Numeris quid in remotis
Scrutare acumen exſpes
Siſtendi agone in ullo,
Semper remiſſus ultro?
Quid terram & aſtra longis
Includis involucris?
Quid ſiderum meatus
Ediſcis edoceſque?
Quid ad tuos labores
Via pertinet polorum,
Quid hoc & illud aſtrum
Facit ad tuos decoreis?
Quid litteras ineptis
A regulis ligatas
Componis & reducis,
Et texta verba volvis?

Quia

Quid eloquente linguâ
Per omnium reverſus
Gradus ſcientiarum
Hæres gravi in Patrono?
Sophiſticante longum
Quid carmine in Logiſmos
Cogis retorſiles, queis
Noces tibi ipſe, technas?
Sic cuncta cum ſciendi
Compendia & Latebras
Exhauſeris profundas
Quid inde ducis ad te?
Vani Laboris augmen,
Quottidie novando
Hæc cuncta diſcis in te eſt
Quorum uſus haud tibi ullus.
Vis elegante luſu
Ridens iocanſque dicam,
Quid omnibus ſciendi
Effeceris figuris.
Qui ſtultus eſſe ſimplo
Poteras tibi furore,
Aliena diſcere audax
Merito ferare triplex,
O Vanitatis ingens
In omne in omne Regnum!
Vt omnium in furore
Furor unus ille Regnat!
Hic abditus latebris,
Tineis ſuis ſodalis,
Blattiſque votus hoſpes
Inter Libros ſeneſcit.

Et carcere in reducto
Oblivioſus hoſpes
Antiquitatis altæ
Sua ipſe Vota perdit!
Egreſſus ille Curis
Pueritiæ innocentis
Ad Martia arma duro
Volat impetu nocendi.
Huic glorioſa res eſt
Multo cruore tingi,
Et mille per cruentas
Acie redire diras.
Venus hunc ſupina Luxu
Deponit uberanti,
Sibi ipſe perduellis
Vt bella torquet in ſe.
Ah Cæcitas profunda!
Ah mille Vanitatum
Regina, Cura Vitæ,
Oblivioque pugnans.
Quid ad te habere multum?
Quid alterum dolere?
Quid corpori intremiſſo
Pugnam ciere luxu?
Et tu omnium ſupinô
Fatuus furore princeps,
Quid das tuos libellis:
Dies, tibi revulgos?
An iſtud iſtud ad te
An pertinet, Beatum
An te facit quod ante
Te ſcripſit hic & ille?

An

An pertinet quid ad te
Aut porro pertinebit
Cum mortuus jacebis
Quid hic & ille dicant?
Tu Famæ & impotentis
Servus ferox ſuſurri,
Moreris videnſque vivusque
Ut mortuus canaris?
Seu ſis deinde, ſeu non
Nil pertinebit ad te
Vivi ſuperſtitesque
Tibi actitent quid iſthic!
O ſtulta gens colentum
Terræ novercæ terga,
Quid turpibus malis hic
Mala additis gravati!
Si quid Beatitatem
Faciatque conſecretque,
Sic vultis experiri
Ut vos juvet perenne.
In vos abite quisque
Lateat furoris intrà
Sibi quoique quid, quid extra
Addiſcite in ſodali.
Vita, Vita, Curſus iſta eſt
Vitæ ad ſacræ Coronam.
Sapientia omnis hujus
Binis tenetur orſis,
O inſicere Curæ
Fimator almi Olympi,
In te domum redito
Latet anguis hâc in herbâ.

Pectus tuum tuosque
Tibi conſulas receſſus,
Penetralibus ſub altis
Latitet quis ille ſerpens!
Tu conditus parentis
Sapientiâ ad figuram,
In nocte jam profundam
Caduca Vota volvis.
Quid ille poſcat à te
Securus, impudicis
Perambulas Camoenis
Mala Græciæ reperta.
Latii vetuſta diſcis
Ineptus auctor orſa,
Tamquam inde te futurus
Meliorve doctiorve.
Neſcire ſi potes tu
Quæ diſcere intereſt te,
Tibi tu docendus hæres
Cunis ferox in ipſis.
Hæc regula una cunctas
Abſolvit atque complet,
Brevibus tibi Poeta
Quam Teius occinit nunc.
Vis ſcita cuncta in uno
Notare prenſa cinno,
Et applicare veſtris
Gravis uſibus ſecutor.
Te diſce, quidque Chriſto
Tu debeas tibique
Scrutare, nec Laborem
Hunc uſpiam remitte.

Homo

Homo tu creatus iſtoc
Fine hic in orbe vivis,
Vt quà pote æmulando
Chriſtum, beatus exſtes.
Et cum ſoluta membra
Rediverint ab Orco,
In ſpe Fideque Chriſti
Cum eò perenne vivas.
Huc cuncta te legentem
Annalium ſacrorum
Series, profeſſa Chriſtum,
A Moyſe usque ducit.
Nam cum creatus Adam
Condentis ad figuram
Maleſuado Amore captæ
Lethum intuliſſet Evæ.
Humana gens tenebris
Se manciparat omnem,
Succeſſione tota
Salute Lapſa Diâ.
Promiſſonis ingens
Sed pondus in novellam
Venit repente Labem
Medicâ malis Salute.
Sic Semen illud Evæ
Satanæ Necisque Victrix,
Per omnium ora vatum
Sacris cucurrit orſis.
Donec Pudica, Sancto
E ſpirituque prægnans
Rebus dedit Salutem
Pariens, Maria, Chriſtum.

In

In Patris æviterni
Aeternus ipſe Natus
Gremio, Deus Deorum
Homo factus è Mariâ eſt.
Virgo pudica mater
Parit Deum, Salutem
Humanitatis unà
Hominem parit, Deumque.
Hæc illa ſola digna eſt
Doctrina quam ſtudere
Velit renatus almæ
Homo ad indolem Salutis.
Sed opus quoque ille juxta
Habebit ut ſuarum,
Arcana virium ſe
Doceat. ſat inſcientem.
Quidquid Cupido, Fervor,
Studiumque & acre acumen
Fert ingenI rebellis
Fræno premas ſevero.
Miraculum iſtud ut te
Plenè docere poſſis,
Non eſt opis tuarum
Ea virirum, ô diſerte.
Precandus alto ab Axe
Eſt Gratiæ Patronus,
In Spirituque ſancto,
Abba Deo ſacrandum.
Ratione in omni, ut omni
Senſu procul relicto,
Credamus in Fideque
Spem nobili dicemus.

Pere-

Peregrina ne quid uſquam
Fiducia auſit iſthic
Turpare, nec Cupido
Suos probare Senſus.
Nil attinent caduci
Noſtros opes honoreis
Mundique, quæque in illo
Satanas ſequenda ſancit.
Optio omnis ægris
Eſt abſtrahenda rebus.
Pateant furoris omnes
Damnabileis ut iſtæ.
Nec Cura ſæva victus
Nec corporis tegendi,
Spes lancinet ſeveras,
Nihil iſta nos fatigent.
Animæ profeſſus Auctor
Reparabilis medelam,
Ecquidnam habere corpus
Deſpectui putetur?
Dabit ille quicquid iſthîc
Vſus ſui repoſcet,
Cum conditum omne cætui
Inſerviat fideli.
Quid Regna, quid Tyrannis,
Quid Opes, Pecuniarum,
Venerisque vota cuncta
Mortalibus petantur?
Rapit illa cuncta ſecum
Vitas per evolanteis
Turbo ferox dierum,
Sortisque fœdus orbis.

Hodie tuum, tenebit
Cras ille quem volet Fors,
Plorabis ipſe egenus
Quia dives eſſe certas.
Quid innocentis aptum
Vocabulum Labori
Tranſcribis impudenti
Dominum vocans tui te?
Non eſt tuum profecto
Quod arbitratum ad omnem
Rota Sortis atra verſat
Viventium per Orbes.
Bona tu deinde dicis
Quæ talia eſſe nemo
Sanus queat fateri
Opinione demtâ.
Etenim è bonis caducis
Si quæ tenes, tenebris
Simul his inane votum
Plura uſque congerendi.
Bonumne tu fateris
Id eſſe, poßidentem
Quod impotente torquet
Abſentis uſque Voto?
Certè in ſerenitate
Tranquillitate in almâ
Animæ Beata certè
Eſt Vita quæritanda.
Nihil huc facit Midarum
Vel mille Copia uno
Aggeſta turbine in rem
Tuam, ô facete Cultor

Famem ſitimque non eſt
Explere ab auro, an illa
Tibi fabula excidit, quam
Rex Luſit ille Baccho?
Quodcunque ſera finis
Fugitivum habet videri
Nil ad Beatitatem
Benè pertinet vocandam.
Huc flecte cogitatus
Et à Labore Vitæ
Avara Vota flecte
Ad Temperantiam Almam.
Quodcunque ſuſtinendo
Sat corpori videbis,
Satis & tibi eſſe cenſe
Cupidini replendæ.
Non eſt ſiti in tenendi
Vllus deinde finis
Si fræna laxa Avaræ
Dederis ſemel Megæræ.
Oblita mens ſuorum
Decorum, ſuique cultus
Per triſtia atque læta
Aerugini inſeneſcit.
Hæc illa peſtis una eſt
Et maxima inter omnes,
Quæ quod cupit quod audet
Speratque Homo, ſibi aufert.
Potente qui Deorum
Dextra æmulatur aras,
Cultuque vix ferendo
A ſubditis notatur.

Ditione qui ſuperba
Populos premit patenteis,
Latèque vim Coronæ
Rex arduæ propagat.
Si quæris ecquid ullo
Sit termino beatus;
Contentus an tot ille
Sit millibus regendo?
Ajet tibi ille forſan
Vt ſuſpicere doctum.
Sed in intimis medullis
Cupiet parare plura.
Sint mille mille clatris
Fortiſſimis revincti
Muros penetrat ardor
Ferus omne poſſidendi.
Quid illa vota certes
Quorum nec ulla finis,
Saties nec ulla reſtat
Quin plura concupiſcas.
Ad ultimum tot ingens
Dominus repente Rerum,
Rex arduus repente
Deſcendit in feretrum.
Libitina jus ſeverum
In cuncta nata dicit,
Moriuntur omnia iſto
Prognata fine Vitæ.
O Vanitatis ingens
In Cuncta nata Regnum,
Spe quem ſequi caducis
Perennitatem in ipſis!

Cum ſors ſevera retrò
Datum quod eſt reducit,
Plorabis, ô ſupine,
Tamquam mali quid aptus!
Quin illa quin relictis
Aeterna quæris iſtis,
Quæ ſcis nec eſſe veſtra,
Nec eâ tibi apta Lege.
Labore triſti & ægro
Sequeris perire nota.
Cum Maximo dolore
Nocitura vota nectis.
Quod erit tuum perennè
Vbi ſemel potitus,
Quod nemo ab ævo in ævum
Rapiet tibi, hoc refutas!
An ſecta quæpiam umquam
Hoc Veritatis almæ
Potuit videre pignus
Chriſti ante dogma dium?
Sprevere multi opum vim
Sapientiam profeſſi,
Sed ambitu atque faſtu
Scævo exiere paſſu.
Qui Gloriam atque Honoreis
Potentiæque Culmen
Sprevere, deſidi ægram
Mentem furore verſant.
Quia principis Salutis
Caruere dogmate omneis,
Aeterna neſcienteis
His imminere lapſis.

Qui vitam inertem & ægram
Et nullibi ſibi ipſi
Conſtantem, Amore victi
Vixere perduelli.
Vitiisque merſi & oeſtro
Veneris, Gradivi, Iacchi,
Latus exiere Lævum
Per triſtitia alta cultum.
Illic perenne Pœnæ
Famulas dabunt catenas,
Numquam deinde quoquam
A tempore explicandi.
Qui victo Amore rerum
Superbiaque ſecli
Breveis ſuo dedere
Chriſto dies Patrono.
Perenne Lumen apti
Sine tempore, abſque fine,
Coram Deum videbunt
Beatitate macti.
Hæc ſumma ſumma vera eſt
Sapientiæ Beatæ
Huc ſpes fidesque ſolæ
Veniunt, Labore victo.
Huc omnis ordo Vatum
A principe uſque mundi
Exordio profecti
Sacros ſtitere cantus.
Obnoxium omne Morti
Hominum genus perenni,
Palabat in tenebris
Spe veritatis orbum.

Cum

Cum cuncta condita unum
Finem ſuum manerent
Homo ſolus in rebelleis
Abibat undique auſus.
Hujus Charis miſerta
Iter ad Deum per hujus
Monſtravit arcta vitæ
Compendia ad Beatam.
Quid tum furore Cœco
Cacodæmonum catervas
His undique imminere
Qui vota ad alta tendunt!
Hanc ſanxit ipſe Legem
Nece prævius ſub ipſa
Chriſtus, decet ſequenteis
Servare nos eamdem.
Odiſſe quid malignum
Miri eſt Deo Sacratos
Omni furore Mundum,
Et perſequi inremiſſe?
Qui faſtu inerte conſtat
Ab eoque totus ardet
Contemtui ſe haberi
Fert oppido moleſtè,
At Regula illa caſtis
Data à Deo Parente eſt
Quod mundus æſtimabit
Hoc ſpernite, angue pejus.
Hujus quod eſt eritque
Unam omne tendit in rem
Videlicet perire.
Nec ad Deum renaſci.

Fugite ô pudica turba
Iter omne molis hujus,
Ea tradita eſt perenni
Toto ſuo orbe Morti.
Sic Veritas locuta
Cruce fixa turpe lethum
Subivit, at Piorum
Peperit Choro Salutem.
Crucem levate veſtram
Sibi quisque, iò ſodales,
Quicunque Rege Olympi
Sequi ad alta voltis iſthinc.
Ad dura præparate
Ferenda Mentis arma
Dominum neci dedere
Parcentne porro ſervis?
At Stulti, id impudente
Nequeunt videre mente
Quid finis hinc & inde
Cuique ſervet ingens!
Rota ceu volucris orbem
Trans orbem in orbe verſat,
Nec ſiſtit in quadrigæ
Curſu volucris umquam.
Sic Tempus omne donec
Sequitur præitque vitas
Conſtare Vita nulla
Potis ullibi vagatrix.
Breve nomen exit, omnis
Rapitur perit jacetque
Superbiæ ille turbo
Toto ſuo furore.

Vni

Vbi tum minæ procaces
Vbi tormina illa multa,
Quibus in pios cruenti
Sævire ſe putabant?
Pij perenne nacti
Patientiæ brabium,
Gremium in Dei recepti
Salute ſunt potiti.
Hos tortor æviternum
Ater nigras ſub umbras
Rapuit colenda monſtrans
Vice tormina uberante.
Huc vota cuncta flecte.
Animum profeſſus altum
Contemtor omnium quæ
Perire certa noſti.
Quid ſi univerſa rerum
Te machina Imperantem
Sibi ſalutet, ingens
Dominum ſalutet Orbis?
Et tempus ut volucre
Horam tuam appetendi
Adduxerit, quid ad te
Dominum fuiſſe mundi?
Si tempus illud alta
Aetate ſit remotum,
Si mille millia illud
Annorum abeſſe noſſes,
Poſſes tuo arbitratu
Tibi feſta condere alba
Ridere forcipem cum
Vibraret atra Clotho.

Fugite ô pudica turba
Iter omne molis hujus,
Ea tradita eſt perenni
Toto ſuo orbe Morti.
Sic Veritas locuta
Cruce fixa turpe lethum
Subivit, at Piorum
Peperit Choro Salutem.
Crucem levate veſtram
Sibi quisque, jò ſodales,
Quicunque Rege Olympi
Sequi ad alta voltis iſthinc.
Ad dura præparate
Ferenda Mentis arma
Dominum neci dedere
Parcentne porro ſervis?
At Stulti, id impudente
Nequeunt videre mente
Quid finis hinc & inde
Cuique ſervet ingens!
Rota ceu volucris orbem
Trans orbem in orbe verſat,
Nec ſiſtit in quadrigæ
Curſu volucris umquam.
Sic Tempus omne donec
Sequitur præitque vitas
Conſtare Vita nulla
Potis ullibi vagatrix.
Breve nomen exit, omnis
Rapitur perit jacetque
Superbiæ ille turbo
Toto ſuo fur

Vbi tum minæ procaces
Vbi tormina illa multa,
Quibus in pios cruenti
Sævire ſe putabant?
Pij perenne nacti
Patientiæ brabium,
Gremium in Dei recepti
Salute ſunt potiti.
Hoſ tortor æviternum
Ater nigras ſub umbras
Rapuit colenda monſtrans
Vice tormina uberante.
Huc vota cuncta flecte.
Animum profeſſus altum
Contemtor omnium quæ
Perire certa noſti.
Quid ſi univerſa rerum
Te machina Imperantem
Sibi ſalutet, ingens
Dominum ſalutet Orbis?
Et tempus ut volucre
Horam tuam appetendi
Adduxerit, quid ad te
Dominum fuiſſe mundi?
Si tempus illud alta
Aetate ſit remotum,
Si mille millia illud
Annorum abeſſe no…
Poſſes tuo ar…
Tibi …
R…

Nunc cum ſcias, brevemque
Et futilem tuorum
Seriem eſſe temporum, nec
Centum venire ad annos,
Et interim quibusque
Horis tibi imminere
Fatale momen artus
Anima quod expedibit.
Hæc cum ſcias, nihilque
Sit certius probatu,
Quam tela poſſe quovis
Te tollere atra puncto.
Quid in ſacros receſſus
Mille ævitatum & ultra,
Caduca vota mentis
Stultæ exigis novando.
Quid molem ad aſtra ducis
Quid turribus quadratis
Rotunda templa nectis
Manſura mortuo te?
Quin comis hanc & inſtas
Partem tui polire
Sapientia perenni
Aeterna quæ quoque ipſa eſt?
Mens eſt Dei figura,
Quid ad hanc caducus ordo
Pereuntium Laborum
Ludibrumque vitæ?
Monumenta qui ſuorum
Exſtare vult decorum
Ab hac trahat magiſtra
Documenta, in his laboret.

Si

Si quid remotum ab uſu
Novit patrare vulgi,
Huc tendat ut ſuorum
Fratrum adſit in ſalutem.
Cacodæmonum furore
Et mille vi dolorum,
Quos cernit ire retro
In ſemitam reducat.
Precetur ipſe pro ſe
Quotidie Parentem,
Vt conſtet in potitâ
Semel Fide uſque finem.
Laudes Dei celebret
Plectro, ore, voce, cantu,
Et pectore & ſacræ vi
Animæ intimâ è medullis.
Dabit ipſe Rector ultro
Queis vita ſuſtinenda eſt,
Capi beata cornu
Se Copia ipſa fundet.
Qui cuncta cum creavit
Dominum dedit creatis
Hominem, ſuamque juſſit
Vicem obire mundo in iſto.
Hic cuncta ſuſtinebit
Quæ condidit fovendo,
Hunc deſeret, regentem
Quem rebus ipſe ſanxit?
Quæ mentis illa læſæ
Diffiſa nox Parenti eſt?
Quibus putas tenebris
Obſeſſum habere pectus?

Nunc cum ſcias, brevemque
Et futilem tuorum
Seriem eſſe temporum, nec
Centum venire ad annos,
Et interim quibusque
Horis tibi imminere
Fatale momen artus
Anima quod expedibit.
Hæc cum ſcias, nihilque
Sit certius probatu,
Quam tela poſſe quovis
Te tollere atra puncto.
Quid in ſacros receſſus
Mille ævitatum & ultra,
Caduca vota mentis
Stultæ exigis novando.
Quid molem ad aſtra ducis
Quid turribus quadratis
Rotunda templa nectis
Manſura mortuo te?
Quin comis hanc & inſtas
Partem tui polire
Sapientia perenni
Aeterna quæ quoque ipſa eſt?
Mens eſt Dei figura,
Quid ad hanc caducus ordo
Pereuntium Laborum
Ludibrumque vitæ?
Monumenta qui ſuorum
Exſtare vult decorum
Ab hac trahat magiſtra
Documenta, in his laboret.

Si

Si quid remotum ab uſu
Novit patrare vulgi,
Huc tendat ut ſuorum
Fratrum adſit in ſalutem.
Cacodæmonum furore
Et mille vi dolorum,
Quos cernit ire retro
In ſemitam reducat.
Precetur ipſe pro ſe
Quotidie Parentem
Vt conſtet in potitâ
Semel Fide uſque finem.
Laudes Dei celebret
Plectro, ore, voce, cantu,
Et pectore & ſacræ vi
Animæ intimâ è medullis.
Dabit ipſe Rector ultro
Queis vita ſuſtinenda eſt,
Capi beata cornu
Se Copia ipſa fundet.
Qui cuncta cum creavit
Dominum dedit creatis
Hominem, ſuamque juſsit
Vicem obire mundo in iſto.
Hic cuncta ſuſtinebit
Quæ condidit fovendo,
Hunc deſeret, regentem
Quem rebus ipſe ſanxit?
Quæ mentis illa læſæ
Diffiſa nox Parenti eſt?
Quibus putas tenebris
Obſeſſum habere pectus?

Nunc cum ſcias, brevemque
Et futilem tuorum
Seriem eſſe temporum, nec
Centum venire ad annos,
Et interim quibusque
Horis tibi imminere
Fatale momen artus
Anima quod expedibit.
Hæc cum ſcias, nihilque
Sit certius probatu,
Quam tela poſſe quovis
Te tollere atra puncto.
Quid in ſacros receſſus
Mille ævitatum & ultra,
Caduca vota mentis
Stultæ exigis novando.
Quid molem ad aſtra ducis
Quid turribus quadratis
Rotunda templa nectis
Manſura mortuo te?
Quin comis hanc & inſtas
Partem tui polire
Sapientia perenni
Aeterna quæ quoque ipſa eſt?
Mens eſt Dei figura,
Quid ad hanc caducus ordo
Pereuntium Laborum
Ludibrumque vitæ?
Monumenta qui ſuorum
Exſtare vult decorum
Ab hac trahat magiſtra
Documenta, in his laboret.

Si

Si quid remotum ab uſu
Novit patrare vulgi,
Huc tendat ut ſuorum
Fratrum adſit in ſalutem.
Cacodæmonum furore
Et mille vi dolorum,
Quos cernit ire retro
In ſemitam reducat.
Precetur ipſe pro ſe
Quotidie Parentem
Vt conſtet in potitâ
Semel Fide uſque finem.
Laudes Dei celebret
Plectro, ore, voce, cantu,
Et pectore & ſacræ vi
Animæ intimâ è medullis.
Dabit ipſe Rector ultro
Queis vita ſuſtinenda eſt,
Capi beata cornu
Se Copia ipſa fundet.
Qui cuncta cum creavit
Dominum dedit creatis
Hominem, ſuamque juſſit
Vicem obire mundo in iſto.
Hic cuncta ſuſtinebit
Quæ condidit fovendo,
Hunc deſeret, regentem
Quem rebus ipſe ſanxit?
Quæ mentis illa læſæ
Diffiſa nox Parenti eſt?
Quibus putas tenebris
Obſeſſum habere pectus?

Fugite ô pudica turba
Iter omne molis hujus,
Ea tradita eſt perenni
Toto ſuo orbe Morti.
Sic Veritas locuta
Cruce fixa turpe lethum
Subivit, at Piorum
Peperit Choro Salutem.
Crucem levate veſtram
Sibi quisque, iò ſodales,
Quicunque Rege Olympi
Sequi ad alta voltis iſthinc.
Ad dura præparate
Ferenda Mentis arma
Dominum neci dedere
Parcentne porro ſervis?
At Stulti, id impudente
Nequeunt videre mente
Quid finis hinc & inde
Cuique ſervet ingens!
Rota ceu volucris orbem
Trans orbem in orbe verſat,
Nec ſiſtit in quadrigæ
Curſu volucris umquam.
Sic Tempus omne donec
Sequitur præitque vitas
Conſtare Vita nulla
Potis ullibi vagatrix.
Breve nomen exit, omnis
Rapitur perit jacetque
Superbiæ ille turbo
Toto ſuo furore.

Vni

Vbi tum minæ procaces
Vbi tormina illa multa,
Quibus in pios cruenti
Sævire ſe putabant?
Pij perenne nacti
Patientiæ brabium,
Gremium in Dei recepti
Salute ſunt potiti.
Hos tortor æviternum
Ater nigras ſub umbras
Rapuit colenda monſtrans
Vice tormina uberante.
Huc vota cuncta flecte.
Animum profeſſus altum
Contemtor omnium quæ
Perire certa noſti.
Quid ſi univerſa rerum
Te machina Imperantem
Sibi ſalutet, ingens
Dominum ſalutet Orbis?
Et tempus ut volucre
Horam tuam appetendi
Adduxerit, quid ad te
Dominum fuiſſe mundi?
Si tempus illud alta
Aetate ſit remotum,
Si mille millia illud
Annorum abeſſe noſſes,
Poſſes tuo arbitratu
Tibi feſta condere alba
Ridere forcipem cum
Vibraret atra Clotho.

Nunc cum ſcias, brevemque
Et futilem tuorum
Seriem eſſe temporum, nec
Centum venire ad annos,
Et interim quibusque
Horis tibi imminere
Fatale nomen artus
Anima quod expedibit.
Hæc cum ſcias, nihilque
Sit certius probatu,
Quam tela poſſe quovis
Te tollere atra puncto.
Quid in ſacros receſſus
Mille ævitatum & ultra,
Caduca vota mentis
Stultæ exigis novando.
Quid molem ad aſtra ducis
Quid turribus quadratis
Rotunda templa nectis
Manſura mortuo te?
Quin comis hanc & inſtas
Partem tui polire
Sapientia perenni
Aeterna quæ quoque ipſa eſt?
Mens eſt Dei figura,
Quid ad hanc caducus ordo
Pereuntium Laborum
Ludibrumque vitæ?
Monumenta qui ſuorum
Exſtare vult decorum
Ab hac trahat magiſtra
Documenta, in his laboret.

Si quid remotum ab uſu
Novit patrare vulgi,
Huc tendat ut ſuorum
Fratrum adſit in ſalutem.
Cacodæmonum furore
Et mille vi dolorum,
Quos cernit ire retro
In ſemitam reducat.
Precetur ipſe pro ſe
Quotidie Parentem
Vt conſtet in potitâ
Semel Fide uſque finem.
Laudes Dei celebret
Plectro, ore, voce, cantu,
Et pectore & ſacræ vi
Animæ intimâ è medullis.
Dabit ipſe Rector ultro
Queis vita ſuſtinenda eſt,
Capi beata cornu
Se Copia ipſa fundet.
Qui cuncta cum creavit
Dominum dedit creatis
Hominem, ſuamque juſſit
Vicem obire mundo in iſto.
Hic cuncta ſuſtinebit
Quæ condidit fovendo,
Hunc deſeret, regentem
Quem rebus ipſe ſanxit?
Quæ mentis illa læſæ
Diffiſa nox Parenti eſt?
Quibus putas tenebris
Obſeſſum habere pectus?

O cœca, bruta, & excors
Mortalitas, Labore
Quid à tuo impetrabis
Niſi det Deus ſupernè?
Nunc jam ſapore tetro
Pulcri excitata vatis,
Conſideres tuorum
Decorum ſupina regna.
Cuicunque tu laboras
Opus eſt id omne Noctis
Et ſine ſub profundo
Obnoxium tenebris.
At ille Lucis almæ
Princepsque Conditorque
Lucem in tuo tibi olim
Inſevit eſſe corde.
Inſevit ille primum
Mox obſoletam & à te
Maculis male inquinatam
Reparavit & refovit.
Non Spontis es tuæ tu
Ratio tibi profectò
Tibi danda planum ad unguem,
Tuæ eſt deinde Vitæ.
Quærit tuam Salutem
Tibi mortuus, tibique
Ab inferis reſurgens,
Reparator ille Vitæ.
Tu blanda juſſa Chriſti
Poſtponis impiorum
Cacodæmonum furori
Vt mancipatus illis.

Quis

Quis mentis ille torpor
Quæ pigra vis dolendi eſt?
Cur quod bonum refutans
In noxium rapis te?
At dura ſors piorum
Præſentia in futuris
Contemnere, atque viſis,
Præferre quem videnda.
Deinde quiſquis audet
Secedere à grege, illum
Odio ſequuntur omnes,
Fatuumque porro iactant.
Noli beate noli
Odiis ab his moveri,
Caduca vis malorum eſt
Pietas perenne vivit.
Sic fata conſtitutis
Hærent probata metis
Illic vel hic dolendum eſt,
Sic Vita vivit iſthic.
Perfecta nullà res eſt
Sub Sole, nulla mentem
Contentam habet Voluptas
Sed pungit exeundo.
Quid corporis neceſſe eſt
Narrare Vota cuncta?
In fine plena morbis
Et morte victa tabent.
Primis ab uſque cunis
Ad halitum ſupremum,
Cruciabili dolore
Humana Vita conſtat.

Primis ab uſque cunis
Ad halitum ſupremum,
Cruciabili dolore
Humana Vita conſtat.
Homo natus inſcio ſe
In ſtercore educatus,
Annos trahit vírileis
Per tormina in ſenectam.
Et Vita morbus ipſa eſt!
Quid attinet medenteis
Inquirere hos & illos
Et vita Morbus ipſa eſt!
Vagitus ipſe primis
Ab inſtitis parentum
Moleſtus eſt Amori,
Seſeque torquet ipſum.
Ephebus inter arma
Pueritia ſagaci
Scelus omne mente diſcit
Ad honeſta cuncta pugnax.
Iuvenis capiſtra iactat,
Per fas nefaſque liber,
Nec provido tenendus
Monitore diſciplinâ.
Vir ipſe quæ patravit
Videt in ſuis pati ſe,
Rapidæ memor iuventæ
Pueris ſevera dictat.
Senior videre rerum
Pretia acrius videtur,
Prudentiæ ſed augmen
Exſucca deſerit Vis.

Iam vertice ille cano
Severa ſancit in ſe
Velut immemor quid olim
Indulſerit iuventæ.
Sic orbis ille verſim
Redit in ſuos Laboreis.
Nec ævitatis ullæ
Parteis carent dolore.
Quin Bulla, Fumus, Aura
Miſeri dies vocentur,
Incerta Vita nulla
Hora ſit orba letho.
Nihilominus pudore
Secura gens relicto
Hominum, ſtrepit Salutis
Adverſus omne punctum.
Vitiis maliſque merſi
In pure turbulento
Animas perinde verſant
Cum corpore ut caducas.
Nec mille ſolus inter
Vnus feretur, in ſe
Commune qui Sophorum
Scitum applicare poßit.
Sed beſtiæ ut iacentes
Vultuque humum petentes
Mentem interire credunt
Simul artubus caducis.
Hinc crimen omne prono
Quiſque ambit appetitu,
Nec enim redire functum
Se credit è ſepulcro.

Hinc

Hinc omnium profunda
Se ſubijcit malorum
Radix, Fideſque Chriſti
Eradicatur omnis.

Quid enim vigere pravis,
Per fas nefaſque technis
Opuleſcere impios, at
Probos egere cernunt.

Sed Iudiciis IEHOVAE
Arcana iura nolunt
Cognoſcere, atque Finem
Suſpendere ad ſtateram

Divinitatis illa
Lex regulâ tenetur,
Punit ſuos Parentis
Affectione IOVA.

At quos malum merenteis
Malignitatis omni
Felicitate curſus
Mactat, procul timore,

Procul timore Pœnæ,
Hos ſervitute tetra
Vitioſa manciparunt
Sibi Regna Beliali.

Creſcit celer reatus;
Suſpenſione Pœnæ,
Graviorque tempore inſtat
Dilatiore Vindex.

Securitas Malorum
Vindicta duplicata eſt.
Noxas caterva punit
Peccaminum extrahendo.

Hæc Iudicis IEHOVAE
Eſt Regula uſque rerum
Primordio à recente
Servata ad hoc minutal.
O Cæca, cæca, cæca,
Mortalitas tuorum
Redi periculorum
Ab imminente Raptu.
Nos inclyti Poetæ
Dei ſumus Prophetæ,
Nobis dat ille noſſe
Myſteria Vltionum
Nos perdij Labore
Vigilace dia fata
Scrutamur in libellis,
Et nocte ſæpe ſerâ.
Nec eſt quod hos & illos
Gentilium legenteis,
Putetis inde ſolos
Animi parare paſtus.
Lepore vel diſerto
Muſæa quærere orſa,
Stilumque velle ſaltim
Polire nos Latinum.
Nil litteræ per omnem
Mundi volantis orbem
Servatæ ad hocce punctum
Niſi ſacra cuncta dictant.
Vt ſcilicet volente
Servantur hæ IEHOVAH
Sic providentiam eius
Omni ſonant loquelâ.

Obſcæ-

Digitized by Google

Obſcæna quin malorum
Hominum legens reperta,
Videbis ut malignis
Sint traditi Sophiſtis.
Vt Pœna crimen unum
Punire ab altero inſtet.
Et facta fœda portent
Auctoribus luelas,
Scrutamur omne quicquid
In litteris relictum eſt,
Vt Indicis IEHOVAE
Diſcamus hinc timorem.
At cuncta mente prompta
Rimati, in omnium omni
Seclorum agone quæ ſe
In Litteras miniſtrans.
Numquam fuiſſe tantâ
Securitate contrà
Fas omne perduellem
Hominum videmus Orbem.
Scelus omne culpa nulla eſt,
Aſtutiæ & Leporis,
Civilitatis immò
Scelus omne nomen aptum eſt.
Sagacitas habetur
Periuriis & aſtu,
Vi, fraudibus, doliſque,
Evertere alba corda.
Hæc illa ſola Virtus
Nunc diſcitur, IEHOVAE
Temerare ſancta Vota
Vt inde dives exſtes,

Victu-

Victurus hoc die iſtic,
Cras exiturus illuc
Redibis unde numquam,
In perpetes reatus.
Aeternitatis ingens
Perdis decus nocendo
Vnam tibi per horam,
Sciſque ipſe, nec fateris.
O Nox profunda rerum,
O triſte triſte Vitæ
Aequor malæ, quid iſthic
Moramur, ô Poetæ!
Sed eſt neceſſe nobis
Fata expedire noſtra,
Monere & increpare
Hominum impudica Vota.
Recedite ô rebelles,
Via mortis iſta diræ eſt,
Via mortis eſt perennis,
Recedite ô rebelles!
Sed quid? furore duplo
Et nos perire malint
Quos undique imminenti
Quærunt necare ferro!
Hoc præmium eſt bonorum,
Nunc nunc videmus in nos
Diuum venire pondus
Et Spiritum IEHOVAE.
A rerum ad uſque finem
Exordio iſta norma
Fuitque, eritque ſemper
Nec fallet à tenore.

Odiis petita diris
Vice Veritas malignâ eſt,
Furiiſque Corrigenteis
Sequitur ſuperba Vita
Veniat paratus in nos
Mille hoſtis acer armis,
Vates Dei profeſſos
Terrere nemo quibit.
De Plano ego hac papyro
Conteſtor omne nomen
Mortalitatis, in ſe
Deique iuſſa Pugnax.
Relinquite, ô ſupini,
Avara Vota rerum,
Aeternitatis iſtac
Se perdet Ordo Vitâ.
Vos Pœnæ & Ignis atrox
Sine fine in æviternas
Poſcit dein luelas,
Vbi Vita deſit iſta.
Vitiis quibus ſubacti
Se quiſque perdat iſthic,
Neſcire nemo poſſit,
Omnes vident ſalutem.
Quàm peſtis ergo mentes
Scelerata verſat, ut ſe
Vivos velint videntes
Rapere undique in Barathrum.
Quid annus iſte cenſes,
Dederit, Deo relicto,
Hominum ſub Orcum, & ille
Qui proximè Anteceſſit!

Hi ſe eſſe Chriſtianos,
Hi iactitant fideles,
Hi ferre ſe Salutis
Impectorata Signa!
Ah cæci & involuti
Omnes perinde ſenſus,
Domini ut Videntis auſint
Cæcare velle Lumen!
Hoc ille iuſsit Ergo
In mutuas venire
Odio Ambituque cædes,
Sic ire ſurſum ad aſtra?
Quid ergo bella contra
Teque & tuos fatigas,
Si noſti eam eſſe Pacem
Quum poſcit Ordo Chriſti!
Retro redire, Clamo,
etrò redire Certa
Quiſquis tuæ Salutis
Curam tenes, REDITE.
Omnes ſonant Cathedræ
Dogma aureum Salutis,
Nullo Labore cælo
Mortalitas potitur.
Hoc Veritatis ingens
Retrahet IEHOVA *donum,*
Vix mille de Cathedris
Vnam piis relinquet
In Cæteras redibit
Furor hoſtici veneni,
Adulterante rurſum
Pietas Dolo iacebit.

Paucorum amata Chriſt
Pietas reſiſtit illi,
Sed & hæc remittit æſtum.
Subire Pœna certat.
Memores boni bonorum
Hac cantione Mundum
Hortamur ut relictis
Deum petat Caducis.
Quod ſi ſua ipſe damna
Præferre vult Saluti
Nos officij tamen non
Obliti abimus iſthinc.
Hoc Poſteri Poeta
Scitote de decoro
Hortatus ille cunctos
Ad recta, præit illis.
Si quis ſequi recuſat
Suo periculo abſit,
Chriſti ducis ſalutem
Sequitur Poeta puſter.
Nunc Vota, Vota nectam,
Ad me meamque Vitam,
Ad Chriſtum ut iſta dicta
Mecum inferam ſepulcro:
Defuncta mille, Vita
Mortalibus periclis,
Ex quo Camœna noſtras
Tenuit Beata Muſas.
Habeſne quod morari
Lubeat tibi orbe in iſto,
Vnde omnis, omnis unde
Receſsit alba Virtus?

Fratreis vides gemellos,
Et amabileis ſororeis,
Concordiamne cenſes
Hos inter haſve verti?
Nitet figura pollens
Cutemque comit extra,
Intus rapace tota
Livore corda pallent!
Vides Sophos profeſſi
Vt ambulent pudenter,
Vt frontibus ſeveris
Generoſa dicta criſpent?
Dicas venire priſcum
Vice Socratis Catonem,
Nec eſſe quod fidelem
Dubites Patrem putare.
Profunda mentis alta
Dolus obſidet veneno.
Et falſitate dirâ,
Vulpina corda livent.
Sic cuncta bile cacâ
Pecunioſa peſtis
Infecit, ut lucrum omni
Prius æſtiment decore.
Tu candidis profectus
Maioribus, tuumque
Expertus in periclum!
Quam nigra cuncta nil ſint.
Quid iam moraris iſthic,
Vbi nulla priſca virtus
Cum candidis libellis
Poteſt placere cuiquam?

Quia

Quia mente ſubvoluta
In ordia ipſa Vitæ
Tecum tuæ recedis
Moreriſque vivus in te?
O Trinitas Beata
Abſolve nil morantem
Et in ſuum cubile
Reduc tuum Poetam!
Fateor, Trias beata,
Me mille turpiterque
Enormiterque formis
Peccaſſe, & hic & illic.
Nulla hora, nulla puncto
Me vidit hora in ullo
Non ſacra jura contra
Niti in caduca Vota.
O CHRISTE, *Vera Vita,*
Ignoſce turpibuſque
Enormibuſque Noxis,
Numerare quas nequimus.
O CHRISTE, *per cruoris*
Laticem tui profuſum,
Me duc viâ beatâ
Vitæ ad perennitatem.
Quod ſi jubes morari
Diutius me in iſtâ
Sentinâ acerbitatum
Et Valle Vanitatum,
Animæ meæ Redemtor
Animæ meæ Vna Vita
O CHRISTE IESV, *ab iſto*
Me libera periclo.

Et ſi placet tibi iſtud
Quod mi placere cernis,
Sicque ex meâ eſt Salute
Hoc effice atque præſta.
Procul ut tumultuantum
Diſcurſionum ab æſtu,
Procul negotiorum
Vivam ut mari à profundo.
Et mente lætus albâ
Suſpiriis beatis,
Te te, meum medentem,
Poſcam meæ Saluti
Spes ô Caduca Rerum,
Mortalitatis ô Lex,
Dolor, Ambitus, Voluptas,
Opumque vis, Valete
Recedere à malorum
Conſortiis in ævum,
Et commori, immorique
Fidei Speique tendo.
Locus iſte mentis in quo
Nunc lumina alta figo,
Vtinam velut ſepulcrum
Meæ ſit ille Vitæ.
Quod hactenus dierum
Breviumque turpiumque
In Valle Vanitatum
Hâc undiquaque Vixi,
Satanæ dolo impeditus
Et Caſſe compeditus
Contra mea ipſe vota
Morti malæ dicavi.

Nam

Nunc pœnitens pigensque
Tot criminum & malorum,
Quod reſtat hoc in orbe
Deo ſacrare pergo.
Dedit ille me periclis
E totque talibusque
Exire, ut ægre abhinc me
Mihi vivere ipſe credam.
Quæ ſumma reſtat ergo
Volucrium dierum,
Deo ſacrata Soli
Cultu locanda ſancto eſt.
Fave potens IESV,
Hircorum ut ex olentum
Stabulis ovis recepta
Tua paſcua inde ſervem!

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google